













ANTIQVITATES LITERATVRAE HVNGARICAE.

VOLVMEN I.

QVOD COMPLECTITVR

DVAS ALLOCVTIONES FVNEBRES,

GENVINAE VETERI PRONVNCIATIONI

RESTITVTAS,

ET COMMENTARIO GRAMMATICO

ILLVSTRATAS.

MONVMENTVM,

INTER MANVSCRIPTA HVNGARICA,

QVAE SCIVNTVR,

OMNIVM VETVSTISSIMVM.

STVDIO, ET OPERA

IOANNIS NICOLAI RÉVAI,

PRESBYTERI SEC. DIOEC. IAVRINENS.


LINGVAE, AC LITERATVRAE HVNGARICAE

PROFESSORIS PVBL. ORD.

IN REGIA SCIENTIARVM VNIVERSITATE

PESTINENSI.





PESTINI,

TYPIS MATHIAE TRATTNER.

M. DCCC. III.

Reuerendae antiquitatis scientia, non minus iucunda, quam vtilis est: ideoque nobis consilium est partim dicere; quae quondam finitiones casuum fuerint; quaeque aut exoleuerint, aut in vsu remanserint.

Franciscus Syluius Progymn. Cent. II. Cap. LXXII.

Vetustas non pauca deprauat, multa tollit. Quare illa, quae iam maioribus nostris ademit obliuio fugitiua, secuta sedulitas Mucii et Bruti retrahere nequit. Non, si non potuero indagare, eo ero tardior; sed velocior ideo, si quiuero.

M. Ter. Varro de Lingua Latina Libr. IV.

REVERENDISSIMO DOMINO

MICHAELI ANTONIO PAINTNER,

PRAEPOSITO
BEATAE VIRGINIS MARIAE DE RÁTÓTH,
INCLYTORVM COMITATVVM
ALBENSIS, SIMIGHIENSIS, SOPRONIENSIS,
VARASDINENSIS, ET VESZPRIMIENSIS
TABVLAE IVDICIARIAE ASSESSORI,
ORPHANALIS DEPVTATIONIS
IN INCLYTO COMITATV VESZPRIMIENSI
PRAESIDI,

IOANNES NICOLAVS RÉVAI
S. P. D.

Prodit tandem in lucem, et in Tuo quidem nomine, amice Michael! lucubrationum mearum, quae Linguam Patriam explicant, occasio, et principium: duae Allocutiones Funebres aeui remotissimi, Commentario Grammatico illustratae: vnde hoc natum est Antiquitatum Literaturae Hunga-

ricae Volumen I. Si hoc opus meum, et quae sequentur postea, grata sunt aliquando futura Ciuibus nostris; qui sermonem patrium penitius euolutum, genuinae indoli suae restitutum, et excultum esse, sincere, atque ex animo cupient: nolim istos ignorare, hanc sibi iucunditatem, quam olim percipient, Te praecipuo Vindice seruatam esse. Ita debetur Tibi a me meriti Tui gratia: vt me, hanc Tibi persoluere volentem, adiuuari oporteat ab ipsa etiam posteritate. Huius enim caussa me diu multum desudantem, sed iam prope desperantem de laborum successu, ad faciendum editionis initium, Tua prae ceteris erexit promta liberalitas, excitata et amore erga me Tuo, et pietate in Patriam commemorabili.

Iam sextus et vigesimus labitur annus: ex quo mutuam colimus amicitiam. Haec mihi eo est suauior, Tibi vero etiam in laudem vertit eo maiorem: quod Tuam in me propensionem, Viennae pari fere vtriusque conditione natam, Tua splendidiore postea

fortuna, mihi licet humiliori, non tamen vspiam senserim imminutam; sed increscentem potius, rerumque mearum saepe opportunam expertus fuerim adiutricem. Sic mihi contigit Te eundem, et Amicum, et Patronum habere. Et est mihi mirum in modum volupe, Tibi, et amici, et grati animi officia reddere. Vtroque hoc sensu commotus iucunde soleo memorare: quae mihi a Te sint praestita amore, et protectione Tua. Complurium Tu mihi, doctorum, et illustrium Virorum conciliasti amicitiam. Tuum hoc est munus, quod honeste gloriari possim, horum cumprimis animum, dum vixerunt, fuisse in me propensum: Iacobi Hebeleri, Viri Optimi, Graeceque doctissimi, in Theresiana Academia Viennensi Vestri olim Prodirectoris; Georgii Prayi, Rerum Hungaricarum Scriptoris Celeberrimi; Michaelis Denisii, non modo Austriae, sed totius etiam Germaniae, Principis, et Immortalis Bardi. Confudisti praeterea quorundam fastum atrocem: qui

omne genus hominum, veste dispar, contemnendum putant. Iam cecini Tuam hic, et Tui, meique olim Denisii virtutem.

Tu meliora tenes: animi nam recta tuentis,
 Et non pallioli, Te trahit aequus amor.
Non toga, non vitae Hunc ratio diuersa mouebat:
 Sic fugit vitium, vane popelle! tuum.
Soli virtuti, cultu quocunque lateret,
 Et meritis studium detulit Ille suum.

Hac Tu pugna, omnino humana, me defensum a calumnia iniquius furente, acceptiorem reddidisti communi nostro primi subsellii Patrono; quem Deus Optimus Maximus, rebus bonis pro more suo, sollicite, ac benigne fauentem, diu incolumem, et florentem seruet!

Non possum silentio praeterire frequens hospitium, multis nominibus mihi gratum, in Secessu Tuo Rátóthensi; cui per Te, Herum prudentem, et venustum, conueniens accessit cum vtilitate coniuncta amoenitas. Hic enimvero quoties est suaui colloquio Tuo afflicti animi mei moeror leua-

tus, et curae edaçes longe fugatae? Hic ego, studiis meis rediuiuus, quae menti cupidae reperi nutrimenta in penu illa sacratiore, rara Bibliotheca Tua? Vteris hac Ipse insigniter, et quod Tibi reliquum est tempus a publicis muniis, domesticisque occupationibus, labori consecras literario: quo Patriam, Institutumque olim Tuum, Bonus Ciuis, Pius Alumnus, et Fidus Socius, ornandum sumsisti. Vis porro eandem et amicis literatis, non modo patere; verum, si quam partem poscant remotiores, etiam commodatam esse. Sed ad me redeo. Morti mihi vicinae ereptus, tertio abhinc anno, cum apud Te conualescerem, quae accepi fractae valetudinis amica fomenta?

Non taceo alia saepe auxilia angustis rebus meis a Te, beneuole, ac promte suppeditata. Sed de hoc genere summum est recens beneficium Tuum. Lucubrationes meae de Lingua Patria iam dudum haerent. Tuli antea, de quo mihi et Tu testis es, animo aequiore moram editionis spe melio-

rum temporum. Cum vero ista mihi neque imposterum benigniora praeuiderem futura; et noui morbi in tabem degenerans natura mortem mihi imminentem non dubie accelerarei: cepi animi aegritudinem ipso morbo meo longe grauiorem; quod Patriam, mihi rerum omnium charissimam, fructu laborum meorum fraudatam essem relicturus! Sed Tu mihi, hoc dolore aegrius ardenti, opportune succurris; et subsidium, iam antea sponte promissum, nunc etiam vltro offers. Eo curam omnem, amice, ac sollicite conuertis: ne mihi grauius accidat aes alienum; quod contrahendum suasit audax consilium postremum: vt hos paucos fugientis vitae dies eorum saltem, quae praecipua essent, maturandae editioni impenderem. Volumen ergo I. continuandae, vt iam spero, editionis principium, quod Tu cumprimis, et temporum iniquitati, et ingratae morti, promtissima beneficentia Tua praeripis, et in lucem proferendum curas, Tuo munere seruatur Patriae.

Qua in re, praeter amicum Tuum in me animum, etiam pietas Tua in Patriam insigniter est conspicua. Vidisti enim istis praecipue operibus meis, quo Tuo iudicio valde oblector, nam horum equidem satagebam quam maxime, multa esse interspersa Linguae nostrae arcana reconditiora: quae, si in lucem prodeant, non solum nobis sint iucunda, quod sermonem nostrum mirifice illustrent, ac legibus figant certioribus; verum etiam exteris probata opinionem de eo mitiorem inserant. Tu itaquc Pius Ciuis iudicasti prae ceteris, et hunc Patriae fructum, cum certa gloria coniunctum, sed iam iam fugientem, celeri ope Tua esse retinendum. Recte enim sentis, quod malo fato, proh dolor, quam paucorum est! ad pietatem, quae Patriae debetur, et hanc sollicitudinem pertinere: vt linguam communem, et propriam, qua gens nostra distinguitur a ceteris, reuocatam ab interitu, in quem inclinat, et omni excultam studio, latiusque prouectam, diu flo-

rentem habeamus. Tum vero et reliqua, quae feruidius aguntur in tuenda nostrae gentis praerogatiua, eo certius persuadentur sincerae esse pietatis.

Ita sunt et Tua gesta, in Inclyta cumprimis Prouincia Vefzprimiensi, multo illustriora, et populo nostro longe gratissima: quod Tua in Patriam pietas, hoc primo indicio patefacta, fiduciam in animis excitauerit. Eo est illa luculentior diuisa in eos, quos Patria communi complectitur sinu, imbelles ciues, Prouinciae Vestrae pupillos. Orphanalis Deputatio, Vester ille rari exempli Pius Magistratus, Te Pio Praeside, quam salutaria quanta cum religione agit? Horum bona fama permotum est Excelsum Consilium Locumtenentiale Regium; et Pii Instituti Rationem, quam Vos tenetis, anno superiore videndam postulauit: quod ea pro norma singulari proponenda iudicaretur. Egregiam vero laudem retulistis, quod Ratio Vestra nihil omnino contineret aliud, nisi Leges communes Patriae;

sed viueret, vtilisque esset pupillorum rebus, Vestra in exequendo fide integerrima, acri vigilantia, feruore indefesso. In sanctissimo hoc munere Tu praecipuus indicaris. Publica vox est: Tibi cumprimis acceptam referri rem pupillorum ab inhiante rapacitate vindicatam, et non solum integram conseruatam, sed pulchro etiam foenore auctam; teneros item animos recta educatione prouide institutos, et vitam bonis moribus mature imbutam. Publica, et communis est vox ista: quae Tibi Veri Orphanorum Patris et praeconium tribuit, et testimonium impertitur longe pulcherrimum, Viro Sacerdote dignissimum.

Deus, pupillorum Pater Coelestis, exaudiat quantocyus horum preces pro Te ardenter fusas: vt, debitos insigni Tuae virtuti honores consecutus, habeas diu benefaciendi Tuae voluntati eximiae parem etiam facultatem! Praeclare tum consules et Patriae Literaturae: cuius iam exordia ista, meo conatu inducta, tam amice, tam-

que pie tuitus es, efficaciterque promouisti, re quidem tenuiore; sed quae, prudente oeconomia, et sobria frugalitate Tua, tantum tamen semper suppeditat; vt amicis etiam, pupillisque Tuis, commode subuenias.

Vale, mi suauissime Michael! quam optime, et mihi quam diutissime superstes; meque Tui amantissimum, dum adhuc viuo, redama; mortuum postea, quod breui futurum praesagio, pia memoria prosequere. Pestini, Mense Iulio, Anno MDCCCIII.

MONITVM.

MONITVM.

Paratum habui iam anno 1783 Commentariolum aliquot philyrarum, patrio sermone conscriptum in has, quas modo tandem produco, Funebres Allocutiones antiquissimas. Viderunt, et legerunt meum hunc conatum duo Clarissimi Viri, quos testes prouoco: Iosephus Rajnis, amicitia mihi coniunctus singulari, Regiae Academiae Iaurinensis tum Exhortator; deinde Michael Trenka in eadem Academia Historiae Patriae, nunc vero in Regia Scientiarum Vniuersitate Pestana Vniuersalis Historiae Professor. Sed quo longius sum progressus in his Allocutionibus enucleatius explanandis: eo plura in ipsis reperi linguae nostrae arcana; et eius cognationem eo propiorem vidi cum linguis orientalibus, et septentrionalibus. Quare, vt in his quoque clariorem haberem lucem: et linguae nostrae antiquitatem, quantam repetere potui, diligenter sum perscrutatus; et affines linguas frequenter auxilio vocaui. Quo nouo studio meo increuit opus iusta, qua nunc est, mole; sed Latino iam sermone concinnatum. Perfectum erat iam anno 1799, vt typis committi potuerit.

Sollicitaui editionem Comaromii anno 1800, item Sopronii anno 1801, Viennae postea anno 1802. Sed nuspiam mihi fauit fortuna, ob sumtuum, quanti poscebantur, defectum. Anno, qui nunc labitur, 1803, hic demum Pestini votis meis aegre potior.

Ergo praeuerti votum Viri Clarissimi, Martini Schwartner, quod ille conceptis verbis anno superiore (1802) feruenter deprompsit: *Inter tot, quot nunc Hungaria docta censet Doctores Linguae, et Literaturae Hungaricae, optandum est, vt aliquis existat: qui, exempli caussa, munus Professoris sibi delatum adeat, scripto in Paraenesim illam Funebrem, docto, et perpetuo Commentario.* (In Introductione in Rem Diplomaticam praecipue Hungaricam, editionis secundae, Part. I. Cap. I. §. 29. nota a, pag. 60).

Pium votum, bono ciue dignum, quod me mirum in modum oblectat. Habet enim claram conatus mei approbationem, licet ad stimulum mihi addendum iam serum sit. Nam ego eo certe glorior, me, nullius priuati hominis hortatu, sed amore tantum Patriae, rebus meis omnino aduersis, sine praemii spe, ad hunc laborem animum iam dudum adiecisse: quando mihi ne in mentem quidem venire potuit; vt me aliquando, in Regia Scientiarum Vniuersitate, Linguae Hungaricae Professorem esse contingat.

Ipse mihi probe sum conscius, quam valide hoc me opus fatigauerit; sed nunc multam ex eo voluptatem capio. Nam ista vnica audaci obstinatione mea, qua mihi sumsi hoc monumentum ad singulos apices quam clarissime euoluendum, penitius pertigi demum ad ea, quae me habere puto, reconditiora linguae nostrae arcana. Vtinam ingratos obices, qui me in his promendis multum adhuc morantur, sensim remouere possim!

PRAEFATIO.

Vetustiora monumenta literaria, Hungarico sermone conscripta, quo rariora supersunt, iniquitate superiorum temporum; eo sunt diligentiore nobis studio eruenda, et ab interitu vindicanda: vt haec pauca saltem venerandae antiquitatis rudera, ad honestam animi oblectationem, vtilitatemque in linguae studio non contemnendam, seruata perennent.

Habent enim hoc peculiare, omnes quidem res antiquae, sed eae cumprimis; quae nos, ortumque nostrum propius contingunt: vt, temporum edacitati ereptae, et in lucem positae, liquidissima nos afficiant animi voluptate. In his sermo patrius cum sit nobis omnium proximus; sunt pariter et eius reliquiae, mitiore fato in nostram aetatem seruatae, multo iucundissimae. Et sensu id quidem magis percipi, quam verbis exprimi potest: quam sit volupe, maiores nostros, qui pluribus ante nos seculis in vita com-

morati sunt, quasi rediuiuos a longo funere, in superstitibus his monumentis, nobiscum tam sero colloquentes audire, ac veterem sermonis rationem in iis admirari, fideliterque ediscere.

Est vero honestissimae huic voluptati et vtilitas coniuncta minime vulgaris. Hanc illi cumprimis intelligunt, et aestimare norunt: qui, excolendae linguae patriae, amore, ac studio incensi, eius indolem penitius perspectam habere contendunt; ac propterea crebras in ea obseruationes, per omnem, quoad regredi possunt, aetatem, curiosius instituunt. Hoc enim pacto, et de vocum inflexionibus, deriuationibusque, et de genuina eas construendi ratione, leges Grammaticae figi possunt certiores: quod, non modo vsus melior, a praepostero pulchre discretus, sed et rationes ipsae, quibus iste vsus innititur, ex intima linguae indole erutae, et clare euolutae, in promtu sint, ad coercendas opiniones vagas, et incertas. Accedunt praeterea vocabula copiosa, ad augendam linguam patriam, ex his monumentis postliminio restituenda: quae posterorum incuria, non sine graui iactura, iam dudum exoleuerunt; partim peregrinis in eorum locum adoptatis; partim prolixioribus, pro

iis, quae olim breuitate placebant, affectatione adscitis.

Quod ego efficere potui, hoc quidem alterum, in producendis mea opera veterum monumentis, curabam quam maxime, adhibita perpetua serutatione: vt indolem linguae patriae darem et meo studio penitius euolutam. Initium feci huius contentionis meae a vetustissimis Allocutionibus Funebribus. Commouit me non modice triste harum fatum: quod, vix prolatae e tenebris, in quibus tamdiu delituerant, a plerisque iniquius fuerint acceptae; vt, neque tam remotae aetatis reliquiae esse crederentur, neque genuine Hungaricae. Vidi thesaurum singularem, sed vetustatis situ obductum: maxime rudi adhuc, pro ea aetate, scribendi ratione; etiam terminationibus nonnullis, hodie iam exoletis. Hae erant caussae praecipuae: quare vetustissimum aurum natiuum, sinceri olim fulgoris, nostris tamen minus probaretur; qui splendori tantum hodierno assueti, quasi hic solus fuisset perpetuus, nil praeter hunc bene vnquam nituisse putarunt. Operam itaque impendi, quantam potui: vt, tam rarum, ac sincerum hoc monumentum, et genuinae veteri pronunciationi restituerem, et Com-

mentario Grammatico prolixius illustrarem; quo esset et aliis pariter, ac mihi, gratum, acceptumque, ob pretium omnino internum. Laboris successu animatus, eadem contentione, tentaui postea et alia, quae abstrusiora reperi, huius generis monumenta literaria.

Fructum huius diligentiae meae, consecratum Patriae charissimae, posteaquam in lucem proferre constitui: iam in plura Volumina increscentem, iudicaui conuenientissimo titulo inscribendum esse, *Antiquitates Literaturae Hungaricae*. Harum Volumen Primum efficit hoc ipsum monumentum: quod mihi primam dedit huius generis lucubrationum occasionem. De eo iam solo, praesentis editionis meae proprio vtpote argumento, aliqua adhuc prosequor, et in his cumprimis ea, quae ad probandam eius aetatem faciunt.

HVIVS MONVMENTI LOCVS, ET PRIMAE EDITIONES.

Duas has Allocutiones Funebres exhibet versus finem MS. Codex Missalis Membranaceus: in formato quarto maiori, literis minutis, nitide exaratus, excepto vnico hoc monumento Hunga-

rico, cetera totus Latinus: qui in Bibliotheca Insignis Collegiatae Ecclesiae Posoniensis ad S. Martinum, iam sextum prope seculum superans, ad nostram vsqve aetatem bene conseruatus, adhuc perennat, inter Liturgicos Num. LXII. signatus.

Allocutionem primam longiorem Ioannes Sajnovits, a Georgio Pray, Annalium Hungariae Auctore clarissimo, exscriptam, secumque communicatam, primus in lucem protulit, in celebri sua *Dissertatione*, qua docet Idioma Vngarorum ac Lapponum idem esse, iam in Hungaria curis secundis edita. Vtque illa vere Hungarica esse intelligeretur, subiecit idem Sajnovits clauim a Francisco Faludi concinnatam: item breues quasdam notulas in voces pauculas, quae illi cum hodierna dialecto nostra minus facile conciliari posse videbantur. Adiecit et Interpretationem Latinam.

Secundus fuit, qui, et eandem primam Allocutionem longiorem, et alteram breuiorem, iunctim exscriptam vulgauit, RR. D. Iosephus Koller, Cathedralis Ecclesiae Quinqueecclesiensis Canonicus, in Historia Episcopatus Quinqueecclesiensium, Tomo I. Appendice II. praefixa

hac notula: *Versus finem legitur Sermo Sacerdotis super sepulchrum ad adstantes dicendus in haec verba.*

Ego postea, vtroque exemplari diligentius collato, cum adhaesissem et in locis quibusdam, quae variantia obseruabam, et in eo inprimis, quod Kollerianum Prayano longius esse cernerem; ipsum autographum, horum fontem, oculis vsurpare, ac perlustrare auebam, ea etiam spe animatus; quod, praeter haec, et alias Hungaricae Antiquitatis reliquias in eo me reperturum putarim. Tam huius Codicis MS. quam aliorum etiam, copiam mihi fecit quam liberalissimam RR. D. Ioannes Aradi, eiusdem Insignis Collegiatae Ecclesiae tum adhuc Canonicus. Vti tum ipse, magna adhibita cura, transumsi rarum hoc, et omnium, quae ego scio, vetustissimum Hungaricae Literaturae monumentum manuscriptum, nullo alio praeterea in eo Codice augmento reperto: tali nunc illud fide, singulis apicibus sollicite seruatis, integerrime produco. Clauim Faludianam et ego retineo, et Lectionem meam, inferne sub autographi exemplo, illi parallelam oppono, exactam ad veterem pronunciationem. Subiicio in ima paginae parte etiam Translatio-

nem Latinam prorsus ad verbum. Adiungo postea Commentarium Grammaticum.

AETAS CERTA.

Ioannes Sajnovits de huius manuscripti aetate haec tantum breuiter indicat: *Codicem exeunte seculo XII. aut ineunte XIII. scriptum esse.* Suffecit illi, procul dubio, sola Georgii Pray, Viri, in veteribus huiusmodi monumentis versatissimi, ac certi arbitri auctoritas. Sed a RR. D. Iosepho Koller adducitur in fine eiusdem Appendicis II. de qua mentio supra facta est, claris argumentis probata *Obseruatio de tempore scripti Codicis Missalis:* quem ego locum, ex eodem Opere desumtum, cum Lectoribus meis lubens communico, ea tamen parte omissa, quae vel ipsi Auctori minus firma visa est.

„Cum Kalendarium, Codici Missali prae„missum, eadem, qua Codex ipse, manu per„scriptum sit, et ex vsu Missalium Librorum, „ipsum pars praeuia Missalis Codicis fuerit, at„que etiam num sit: si de anno, quo exaratum „est Kalendarium, constiterit; tempus quoque „scripti Codicis Missalis cognouisse videbimur. „— Ego vt rem expediam breui, hoc vnum pro-

„ fero. In Kalendario primigenia manu ad V. Kal.
„ Iulii adscriptam esse Eleuationem S. Ladislai
„ Regis, quod idem significat, atque Decretum
„ Ecclesiae, nomine Canonisationis vulgo notum.
„ Eleuationem S. Ladislai in adnotationibus, alia
„ quidem manu, nihilominus Seculo XIII. haud
„ recentiori, Codici nostro insertis, geminis lo-
„ cis, ad an. 1192. referri deprehendo: quam
„ Epocham, cum etiam Auctor Legendae S. Re-
„ gis inter editas Venetiis an. 1498, et in MSS.
„ quibus vsi sunt Hagiographi Belgae, prodat,
„ veram esse non dubito. Statuo igitur, Kalen-
„ darium, et per hoc Missalem Codicem Poso-
„ niensem, non ante an. 1192. exaratum fuisse.

„ Sed neque serius credo fuisse exaratum,
„ quam anno 1210. Nam ante Kalendarium le-
„ guntur ista: Et fuerint anni cumpleti mille du-
„ centi, et decies enim post partum virginis al-
„ me. etc. Post Kalendarium vita Regum unga-
„ rorum Andreae II. annos dumtaxat sex attri-
„ buit; etsi certum sit tricenis plures regnasse.
„ Vnde recte arguitur: eam scriptam esse An-
„ dreae II. anno sexto, qui erat post partum
„ Virginis almae millesimus, ducentesimus, de-
„ cimus.

„Quae ad annos spectant isto posteriores:
„ alia manu, et, quod pronum est iudicare, se-
„ rius adscripta fuerunt. Censeo itaque Epocham
„ scripti Codicis Missalis intra an. 1192, et 1210,
„ colloeandam esse.“

Tantum est ex Kollero. Subiungo his probationes aliquas etiam ex manuscripti charactere, et scribendi ratione; obseruationibus, quae huc faciant, propter analogiam, ex Arte Diplomatica desumtis. Ne autem ad ingentia Exterorum Volumina, de hoc genere copiose conscripta, Lectores meos remittam; cogamque obseruationes, in iis factas, non sine molestia, ad nostrorum scripta accommodare: vtor ad rem praesentem domestici Auctoris insigni Opere, Cl. Martini Schwartner Intruductione in Artem Diplomaticam praecipue Hungaricam, editionis primae.

Habet is de characteribus literarum, nominatim §. 34. obseruationem sequentem: „In Hun-
„ garia (literae) minutae, quantum ex paucis-
„ simis, quae nobis ex sec. XI. et XII. super-
„ sunt, chartis autographis, atque analogia cum
„ chartis exterorum, iudicare licet, ad Belam
„ vsque IV. dominatae sunt. Irrepserunt posthaec

„ sensim literae cursiuae ad Andream III. ita ta-
„ men, vt quo longius regredimur, eo rariores
„ inueniantur literae cursiuae aliis admixtae."
Literae vero minutae Auctori nostro sunt literae minusculae Romanae, sine omni nexu subsistentes; cursiuae autem eae sunt literae, quae ope ductuum cum vicinis connectuntur.

Porro §. 35. haec notat: „ Ad literarum con-
„ fusionem euitandam exeunte seculo X. litera *i*
„ accentu acuto (*í*) interdum notari coepit; cir-
„ ca seculi XIII. vero finem puncto etiam iden-
„ tidem distincta deprehenditur. Hinc tria *i* (ı,
„ í, i) haud raro in iisdem chartis recurrunt."

Demum §. 38. hanc regulam depromit:
„ Quo antiquiora sunt diplomata, eo pauciores
„ abbreuiaturas habent. In diplomatibus ergo
„ sec. XI. XII. pauca notabis scribendi compen-
„ dia, quorum maximus numerus a sec. XIII. es-
„ se incipit, et quae subinde in libros, sec. XV.
„ et XVI. typis expressos, etiam illata sunt."

His obseruationibus, iam ad praesens manuscriptum accommodatis, tanto firmior est Kolleriana de huius aetate sententia.

Est enim primo singulare hoc monumentum literis minutis, vt ipse reliquus Codex Missalis,

diligenti manu exaratum: iis nempe literis, quarum exordium et durationem idem Cl. Auctor, Martinus Schwartner, alio etiam loco (§. 71.), inter Scripturarum quasdam veluti epochas, clare apud nostram quoque gentem definit.

„Ex Merouingica, seu Franco gallica (se-„cunda post veterem Romanam Scripturae for-„ma) orta fuit Scriptura Carolingica, quam ad „Romanae veteris elegantiam Carolus M. emen-„dari iusserat. Durauit haec in Germania a Ca-„roli M. tempore vsque ad sec. XIII. Eadem „sec. XI. per Viros Religiosos, praecipue ex „familia S. Benedicti, ex Italia et Germania in „Hungariam traducta fuit. Vnde vsque ad sec. „XIII. Scripturam Hungarorum cum Scriptura „Germanorum vnam eandemque fuisse, atque „vtrosque, ad iudicium de illa ferendum, commu-„nibus opus habere subsidiis, manifestum est.“

Kolleriana igitur Obseruatio de tempore huius nostri monumenti, Historicis, vt supra vidimus, argumentis probata, confirmatur etiam Diplomatica probatione: conscriptum id esse reuera exeunte sec. XII. et ineunte XIII. ante vsum aetatemque scripturae, et cursiuae, et multo magis Gothicae. De quibus memoratus Auctor Cl.

quae porro notat §. 34. ea etiam libenter huc insero: vt, facto iam initio, variantis Scripturae vicissitudines, et epochae, eleganti compendio ab eo propositae, ad finem vsque enarrentur.

„A Caroli Roberti tempore cursiuae solae „regnarunt." Iam supra indicauit, quando sensim irrepere, et admisceri coeperint. „Seculis „(pergit porro) XIV. et XV. Scriptura Scho„lastica, seu Neogothica, in reliqua Scripturae „genera saeuiit. Cincinnatum istud, apicibusque „otiosis deforme scribendi genus, Europae Chri„stianae propemodum vniuersae inde a sec. XIII. „placuit; nec ante inuentam artem typographi„cam alphabeticae notae, squalorem, et sordes „aeuo barbaro contractas, deposuerunt; imo „aliquando et in ipsos typos Gothicus horror ir„repsit, vt editiones veteres palam faciunt."

Eadem cum subinde (§. 71.) iterum explanat, addit etiam, per quos potissimum hoc Scripturae genus in Hungariam introductum sit. Quem locum nolo praeterire propterea; vt clarius pateat, quod et ego in Commentarii mei Ingressu memoro: quibus auctoribus, introductis variantibus literarum characteribus, etiam orthographia nostra variare debuerit.

„A Caroli Roberti in Hungariam aduentu
„ad Ferdinandum I. Scripturae genus in Hunga-
„ria exstitit mixtum aliquod, et inconstans,
„scribendi magistris vndequaque, ex Italia, Ger-
„mania, Polonia, etc. in Hungariam confluenti-
„*bus*, Scripturamque Hungarorum ad normam
„Italicae, Germanicae, Polonicae, exigentibus.
„Vniuerse tamen accedebat quam proxime, imo
„eadem fuit cum Scriptura Romana corruptis-
„sima, seu Neogothica; item Monachali, vel
„*potius* Scholastica. Dominata est in tota fere
„Europa, durauitque a sec. XII. magis vero a
„sec. XIII. vsque ad sec. XV."

Sed iam ad propositum est redeundum. In nostro itaque monumento, quod porro sequitur, litera *i* frequentissime nuda recurrit, nec accentu, nec punctulo distincta, *ı*: et, vbi signata rarius adest, accentum habet, *í*; quo et litera *y*, pro *i* sumta, ter affecta visitur, *ý*; toties et punctulo notata, *ẏ*. Ex vsu rariore accentus acuti, quo litera *i*, exeunte, vt indicatum est, seculo X. *interdum* notari coepit, clare patet: hunc morem nondum vel nostri monumenti aeuo inualuisse. Quod vero et puncta desint penitus in eadem *i* litera: in comperto esse plane

dixerim, nostrum monumentum finem seculi XIII. multum praecessisse; certe ad huius initium, vt Kolleriana probant argumenta, et hac obseruatione reiici oportere. Maturior autem accentus acuti vsus, etsi nondum vniuerse, nec constanter inualescens, apud Scriptorem Hungarum, suadente cumprimis linguae indole, facile transferri potuit ad alias etiam, *á*, et *ó*, vocales, vt hic aliquoties, omnino parce, recurrere deprehenditur.

Deinde in hoc monumento et abbreuiaturae admodum paucae sunt. In ipso quidem sermonis contextu duae reperiuntur: in negandi particula *nū*, quam *nöm* lego, pro hodierno *nem*; deinde in voce *paradisū*. Duo item in Allocutionum fine vocis *kyrie* compendia conspiciuntur, certe Latinorum exemplarium imitatione, *kirl*, et *k*.

Accedit mea demum obseruatio: ad exprimendum, singularem quemque, ac proprium linguae Hungaricae sonum, in Latino sermone peregrinum, tantum aliquas occurrere in hoc monumento literas combinatas; signo autem aliquo peculiari notatas plane nullas: quas vtique multo serius, seculo XIV. fere exeunte, et labente XV. superatis multis scribendi incommodis, aliarum

gentium

gentium imitatio, aliquanto audacior, suasit adoptandas. Imo duriusculum est totum hoc scriptum, satisque impeditum: quod, adhibitis literis Romanis, quae sono cuique Hungarico genuine exprimendo certe non sufficiunt, vni ex eis literae, ad sonum Hungaricum propius accedenti, duplex, saepe amplior, vaga proinde data sit potestas. Quod ipsum aetatem sane admodum remotam indicat: quando in ista literarum penuria, ancipiti nostrorum conatu, fere prima facta sunt scribendi pericula. Atque hac etiam obseruatione non modicum accedit robur ad firmandam sententiam Kollerianam: vt iam de manuscripti aetate satis superque dictum esse videatur. Adducentur tamen ad eam vberius probandam ex ipsa etiam Allocutionum harum interna structura, cumprimis ex vsu quarundam formationum hodie exoletarum, argumenta minime dubia, in ipso Commentario multo opportunius exponenda (§. 40, 41, 105, 172).

SCRIPTOR VERE HVNGARVS.

Ioannes Sajnovits dum probat Sermonem hunc Funebrem, reuera Hungaricum, etiam ab homine vere Hungaro, conscriptum esse; con-

tra, quam Concinnatores Magnae Grammaticae Debretzinensis suam de eo depromant opinionem; qui neque aetatem manuscripti eam, quae iam satis probata est, admitti posse existimant: in adductis ad rem argumentis, non vane profert vna, et auctoritatem, et finem huius instituti. En ipsa eius verba. „Ne quis autem arbi„tretur locum Vngaricum, quem supra e manu„scripto attuli, a quodam linguae Vngaricae im„perito erronee conceptum, et literis consigna„tum esse, meminisse Lectorem volo: Sermo„nem hunc ex Instituto Ecclesiae *supra tumulos* „*defunctorum* haberi solitum, atque adeo au„ctoritate et vsu publico comprobatum fuisse; „vt scilicet fideles funeri adstantes, ad pieta„tem, et preces pro defuncto dicendas, anima„rentur; quod fieri nequiuisset, nisi dialectus „haec a pluribus recepta, imo a tota commu„nitate vsurpata fuisset.“

Et sane, ad excitandam maiorem in populo pietatem, cum in Sepulturis, aliisque Functionibus Ecclesiasticis, tum quam maxime in administrandis Sacramentis, vt Sacerdotes nostri, praemissa sermone patrio rerum tam sanctarum explanatione, fideles suos exhortarentur: lauda-

bilem hunc nostrorum olim morem, primis Christianae Hungariae temporibus, vt vel hoc monumento nostro satis clare docemur, vsu receptum; singularemque Praesulum in eo retinendo curam, ac vigilantiam, posteriore etiam aetate diu viguisse, probat Liber Agendarius, Ioannis Kutasi, Episcopi Iaurinensis expensis, anno MDXCVI. iam secundo typis expressus. Reperi et hunc in eadem Bibliotheca Insignis Collegiatae Ecclesiae Posoniensis, Latine vtique, pro more Latinae Ecclesiae, quod ipsas Preces et Formulas spectat, editum hoc titulo: *Agendarius. Liber continens ritus et caerimonias, quibus in administrandis Sacramentis, Benedictionibus, et aliis quibusdam Ecclesiasticis Functionibus, Parochi, et alii Curati, in Dioecesi, et Prouincia vtuntur;* sed qui liber vtiles illas explanationes, quas paullo ante indicaui, suis locis insertas, patrio tamen sermone pulchre conscriptas exhibet. Valde cupio et has, ex eo Opere excerptas, singulari Libello, tam in vsum pium fidelium, quam in eorum quoque gratiam, aliquando in lucem proferre, qui Antiquitatis Hungaricae monumentis quibuscunque non modice solent oblectari.

Sed mihi nunc illud est magis in votis: vt praesens conatus meus, a Ciuibus Patriae benigne acceptus, fautores, et adiutores mihi conciliet, ad reliquas etiam huius propositi lucubrationes quantocius edendas.

Scripsi Viennae, Feriis Autumnalibus, Anno Domini MDCCXCIX.

CODICES MANVSCRIPTI,

ET

LIBRI ALII PRELO EXPRESSI

RARIORES,

AD QVOS EST FREQVENTIOR PROVOCATIO IN COMMENTARIO, ET CETERIS LVCVBRATIONIBVS GRAMMATICIS.

Annum circiter 1450.

Codex MS. Translationis Biblicae, quod nomen, in Commentario, et reliquis Lucubrationibus meis Grammaticis, est omnium frequentissimum, asseruatur in Bibliotheca Palatina Viennensi. Singulare, ac rarum sane monumentum; quod omnes adhuc, quod ego sciam, Scriptores nostros fugit. Illustrissimi Viri, Michaelis Denisii, a Consiliis Augustorum, eius Bibliothecae Custodis Primarii gratam, et piam repeto memoriam: quod eius indultu, dum in viuis degeret, copia mihi data sit, hunc Codicem, non modo diligentius peruoluendi, verum etiam totum exacte exscribendi.

Feci hoc ego iam tum eo proposito; vt thesauros linguae nostrae, in hoc Codice repertos, publici iuris facerem. Vidi etiam rem eam tanti esse: vt paulo maiore cum apparatu in lucem proferretur. Quapropter adieci Notas necessa-

rias, Obseruationes praeterea Grammaticas satis copiosas, et locupletissimum demum Vocum singularium Elenchum, etymologica vsus vbique deductione. Capita etiam in versiculos distinxi, quorum cura ea adhuc aetate nulla est habita. Vtinam res meae angustae editionem non morarentur! Opus hoc efficit Volumen II. et III. Antiquitatum Literaturae Hungaricae.

Sacrae Scripturae Vulgatae partes tantum aliquas habet Codex iste Hungarice redditas, de Veteri Testamento. Librum Ruth, Iudith, et Esther. Ex Machabaeorum Libro II. Caput VII. totum, Caput VI. tantum a versiculo 18. Ex Prophetis Maioribus, Baruch, et Danielem. Sed hunc alterum Capite IV. non integrum, a versu 12 vsque 25. Folium quidem vnum hoc loco intercedit, sed mundum. Puto translationem hic interruptam fuisse, propter difficultatem, eo tamen proposito, vt postea compleretur. Minores Prophetae adsunt omnes XII. In his tamen Malachias hiat duorum foliorum defectu, quae iniqua manus aliqua elacerauit, abreptis de Capite I. versibus duobus, 13, et 14, toto deinde Capite II., et Capitis III. parte priore vsque ad versum 12.

Est vero in formato quarto oblongo: complet folia conscripta 161. Compacturam habet in tabulis ligneis, quae albo corio ouillo, vel aluta potius, duplici sunt inductae, aetatis tamen edacitate admodum vitiatae. Fibulas, angulorum-

que, et medios praeterea tabularum ornatus, clauiculorum reliquiae monstrant fuisse aeneos.

Exaratus est charactere Gothico Monastico cursiuo, satis magno, satis crasso, etiam denso adeo: vt apices multis locis coaliti conspiciantur. Versus finem est calamus aliquanto tenuior. Habet etiam abbreuiaturas frequentissimas. Initiales Capitum literae pleraeque variis ductibus ornatae, coloribusque distinctae: tituli, et capitum indicationes, vbique colore rubro scriptae, etiam notae intermediae.

Nullus vspiam annus adscriptus legitur, neque in initio, neque in fine. Cur tamen eius aetatem ad annum prope 1450 ponendum putem; partemque hanc arbitrer diligentiae Ladislai Báthori: explano in Praefatione ipsi Operi prolixius praemissa.

Vita MS. S. Alexii. Vita MS. S. Pauli I. Eremitae. Precum Liber MS.

Ab anno 1450 *vsque* 1526.

Secundus Codex MS. est formati octaui admodum parui. Foliolis, praeter tria illa, quorum primum in ipso initio, secundum fere in medio, tertium prope finem elaceratum periit, constat 298. Character in eo est Gothico Monasticus, quam diuerso tempore, et manu item diuersa, conscriptum esse probat et deficiens sensim calamus, inprimisque sub finem totus in currentem abiens, et varia ortographiae ratio.

Prope finem, in scriptura currente, ac negligentiore, exprimitur annus 1526; paullo ante, in versibus aeque minus curate scriptis, memoratur annus 1508: vt proinde non vana esse possit coniectura, partem priorem, et potiorem, a manu magis industria exaratam, remotioris esse temporis, quam sit seculi XVI. initium, tutoque reiici posse minimum in medium seculi XV. Quoadusque scriptio diligentior seruata est; literae capitales, ornatiores pleraeque, et tituli, ac notae reliquae, pro more eius aetatis, rubro colore exaratae conspiciuntur.

Continet hic Codex primum Vitam S. Alexii, cum defectu primi folioli, in paginis 33; deinde Vitam S. Pauli I. Eremitae, multo longiorem, in paginis 80; vtramque conscriptam calamo quam diligentissimo.

Paginas continuo subsequentes 175 complent Precationes variae, inprimis ad Iesum, ad B. V. Mariam; inter quas legitur vehementior et prolixior quaedam Oratio contra arma; deinde etiam Translatio Salutationis Angelicae, Orationis Dominicae, et Symboli Apostolici.

Sequitur postea Hymnus Ambrosianus cum cottis, vt vocant, in paginis 15½; Hymnus de S. Ladislao Rege, alternantibus strophis Latinis, et Hungaricis, in paginis 17½; iterum Hymnus de B. V. Maria, aeque alternans, in paginis 5½. Atque hic cessat penitus stans character Gothicus; et reliqua iam currente sunt conscripta calamo.

In his primus est alter Hymnus de B. V. Maria, tantum Hungaricus, in paginis $6\frac{1}{2}$, concinnatus, vt in penultima stropha expressis indicatur verbis, anno 1508, Pestini in platea S. Petri.

> Ezt zerzetek pestnek varosaban:
> vgÿan ottan zent peter vlaÿaban:
> zwleteth vtan elmwlt ÿdoben:
> ezer oth zaz ees nÿolch estendoben.

Inseritur Satyra in versibus, perstringens vitia eius aetatis, in paginis 5. Paginae deinde $5\frac{1}{2}$ exhibent Rubricas Latinas de superstitiosa quarundam Missarum celebratione, in quacunque necessitate, pro anima ex purgatorio certo liberanda, contra caducum morbum, manu prorsus alia, et freqnentissimis abbreuiationibus.

Calendarium sequitur postea in paginis 6, truncatis plerisque nominibus, et quandam versus rationem redolens; in quo stans character Gothicus diligentiore manu resumtus est, et lineae laxioribus distant interuallis, in quae inserti leguntur seriore calamo Sancti quidam, certe tardius in Calendarium relati, literis iam minutulis currentis calami.

Huic iterum breues aliquae Precationes adnectuntur in paginis 2; deinde Pars quaedam Doctrinae Christianae in paginis 6, Latine adnotata, cum intèriecta interpretatione Hungarica. Intercedunt paginae vacuae 5, in quarum tamen

quarta legitur versiculus de B. V. Maria cum translatione Hungarica.

Repetitur ex superioribus Oratio aliquanto longior ad Iesum, cum notabili correctione, in paginis $5\frac{1}{2}$, scriptura prorsus diuersa a reliqua currente, magnis etiam literis, et calamo crassiore, orthographia quoque a prioribus discrepante.

Sequuntur in paginis $9\frac{1}{2}$ iterum Rubricae Latinae cum narratiunculis quibusdam de Missis septem, pro eliberatione animarum celebrandis, in quarum fine adscriptus est annus 1526.

Leguntur demum Lytaniae Lauretanae, ab hodiernis paullulum discrepantes, et calamo omnino negligente conscriptae, in paginis 6; quas claudunt Preces aliquae iterum ad B. V. Mariam in paginis 5, manu iam multo diligentiore.

Dum hoc Codice primum sum vsus, anno 1786; pertinuit tum is ad Cl. Patrem Iacobum Peer, e Scholis Piis, in Regia Academia Posoniensi Historiae Patriae Professorem, Amicum olim meum. Hoc fatis functo, deuenit ad Pretiosam Rerum Hungaricarum Collectionem, Praenobilis Viri, Nicolai Jankovits de Jeſzenitze. Quo est hic animo, in promouendam Literaturam Hungaricam propensissimo, ac studio plane singulari: facile mihi copia ab eo data est amplissima, et hoc iterum Codice, et aliis, tam Codicibus MSS. quam Libris rarioribus, diu in rem meam vtendi. Sed Codices pergo enarrare eius beneuolentia mihi concessos.

Sacri Sermones MSS. de B. V. Maria

et

Dicta MSS. S. Bernardi de Vita Religiosa.

Anno 1522.

Tertius Codex MS. est formati quarti oblongi, in papyro bona exaratus. Folia, quae exstant conscripta, praeter duo deperdita, vnum in ipso initio, alterum prope finem, numerantur in eo 152. Conscriptus est charactere Gothico Monastico currente, calamo satis crasso, et per totum fere vbique aequabili. Praefatiuncula, quae in initio ex defectu primi folii truncata est, item tituli omnes rubro colore sunt scripti.

Continet in se primum duos Sermones Sacros, seu potius Tractatus Pios, de B. V. Maria, satis prolixos. Primus horum est de Incarnatione Filii Dei, et de Gaudio ac Dignitate B. V. Mariae, in varias subdiuisiones distributus, et complet paginas 98½. Sequuntur postea, praeter auersam paginam mundam, folia 10, aeque non conscripta, sed ductis solum lineis distincta. Alter Sermo est de B. V. Mariae Morte, et in Coelos Assumtione, itidem in subdiuisiones varias dissectus, in paginis 111. Hic inseruntur continuo in pagina auersa Exempla quaedam de Mariophilis, in paginis 6; in quorum fine adscriptus legitur dies et annus terminatae eo loco scriptionis: Vigilia SS. Simonis et Judae, anno post Natiuitatem Domini 1522. Apparet vestigium elace-

rati folii vnius, et alterum intercedit folium non conscriptum.

Sequuntur porro Dicta, seu Monita, S. Bernardi de Vita Religiosa, Capitibus XXXV diuisa, in paginis 47½. Quibus accedunt postremo Fragmenta Meditationum de Amore Iesu eiusdem S. Bernardi, in paginis 5. Pagina demum auersa, et sequentia folia 6 non sunt in fine conscripta.

Vita MS. S. Christinae V. et M. eiusdem fere temporis.

Quartus Codex MS. perexilis, complectitur Vitam S. Christinae Virginis et Martyris. Eius aetatem puto ex charactere ponendam esse sub initium seculi XVI. Est is in illo Gothico Monasticus, sed paullo iam rotundior in minutis literis. Frequens occurrit longarum vocalium signatio, in aliis manuscriptis nondum mihi visa, et tota scriptio diligentem ostendit manum. Constat foliis 23. praeter vltimum deperditum. Primum folium in paginae aduersae summa fronte exhibet titulum literis ingentibus Gothico Monasticis exaratum: pagina autem auersa tota munda est. Reliqua folia 22 complentur vitae descriptione. Codex ipse est formati quarti oblongi, in papyro bona, et candida. Probe compactum fuisse ostendit filum in cardine adhuc apparens, et exacta marginum scissura. Tabulas nihilomi-

nus, quas videtur habuisse leuiores, aetas penitus rapuit.

Sequuntur Libri prelo expressi.

Benedictus Komjáthius.

1533.

Epistolae Pauli Lingua Hungarica donatae. *Az zent Paal leueley magyar nyeluen. Cracouię. Anno Domini Millesimo quingentesimo trigesimo tertio. Mense Februario. Interpretatus est Benedictus Comjathy.* Hortatu et rogatu Clarissimae Foeminae Dominae Catharinae a Frangepanibus, Coniugis Magnifici quondam Domini Gabrielis de Peren. In octauo minori. Legi Viennae in Bibliotheca Caesarea.

Gabriel Pestius.

1536.

Nouum Testamentum, seu quattuor Euangeliorum volumina lingua Hungarica donata Gabriele Pannonio Pesthino Interprete. Wij Testamentum magijar nijeluen. Cum gratia et priuilegio Romanę Regiae Maiestatis ad quingennium. 1536. In fine: *Viennae Pannoniae Ioannis Singrenius suis ac Ioannis Metzger bibliopolę expensis. XVIII. die Mensis Iulii excudebat. Anno M.D.XXXVI.* In octauo minori. Legi Viennae in Bibliotheca Caesarea. Etiam Fabulas Aesopi, ab eo Hungarice redditas, et eodem anno aeque Viennae iisdem typis expressas.

Ioannes Siluester.

1541.

Vy Testamentum magar ñelwrñ, mellet az Görög es Diak ñelwböl vyonnan fordytank, az Magar nipnek Kereszten hütben valo ippülisire. In vltimi folii pagina aduersa: **Vyszighetben Abadi Benedek ñomtatta vala** 1. 5. 4. 1. **esztendöben.** Versio haec ab ipso Interprete Ioanne Siluestro oblata est Ferdinandi Primi filiis, Maximiliano, et Ferdinando. In quarto. Legi Viennae in Bibliotheca Caesarea.

Sebastianus Tinodius.

1554.

Chronica. Tinodi Sebestien szörzese. Elsö reszebe Ianos Kiral halalatul fogua ez esztendeig Dunnan innet Erdel orszaggal löt minden hadac veszedelmec reuidedön szép notakual enökbe vadnac. Mas reszebe külömb külömb idökbe es orszagokba löt dolgoc Istoriac vannac. Colosvarba 1554 *esztendöbe.* In quarto. Legi Viennae in Bibliotheca Caesarea.

Gallus Anaxius.

1558.

Az Vr Iesus Christusnac Szent Vachoraiarol, Kinszenvedeseröl, es dichöseges Feltamadasarol valo Predicacioc. Ovarba nymtatott. M.D.LVIII. In quarto. Maximiliano Regi dedicauit hoc suum

Opus, Gallus Anaxius, Altenburgianae Ecclesiae Minister. Legi Viennae in Bibliotheca Caesarea.

Georgius Draskovitsius.

1561.

Igen Zep Kenyv, az Kezenſeges Igaz Kereztyen Hytnek regyſege, es Igaſſaga mellet, mynden Eretnekſegnek wyſaghy ellen. Mellyet az Lyriniay Vincze, ennek elewte Ezewr eztendewuel zewrzet. Bechben nyomtatott — az Raphael Hofhalter altal. Anno M.D.LXI. In octauo minori. Georgio Draskovitsio, Episcopo Quinqueecclesiensi, tribuo hoc Opus, propter Praefationem ab eo praemissam. Legi Viennae in Bibliotheca Caesarea.

Nicolaus Telegdius.

1578.

Explanatio Euangeliorum, quae diebus Dominicis et Festis legi solent, tribus Tomis edita. Tomi tertii titulum, et editionis annum, in exemplari meo non habeo, defectu primi folii. Secundus integer hanc inscriptionem praesefert: *Az Evangeliomoknak, mellyeket Vasarnapokon es egyeb Innepeken eſztendő altal az Anyaſzentegyhazban oluaſni es prædicallani ſzoktanak, Magyarazattyanak Maſodik Reſze — iratott Telegdi Mikloſtul, Eſztergami Præpoſtul. Nyomtattatott Nagy Szombatban — M.D.LXXVIII.* In quarto. Tomum tertium habeo in vsus meos concessum beneuolentia, Amici mei, Iosephi Rajnis;

secundum autem possideo Adm. Rev. Domini, Ioannis Szily, Parochi Strigoniensis, liberalitate mihi donatum.

Lucas Pétsius.

1598.

Lucae Pétsi Opusculum de Misericordiae Operibus Corporalibus, sine titulo, ob defectum primi folii. Dedicatio est inscripta Blasio Jó, Abbati Pilisiensi, Canonico Strigoniensi. In huius fine haec leguntur: *Költ Nagy Szombatba ſzent Mihaly hauanac elsö napian* 1598. In octauo minori. Possideo dono mihi datum a Spectabili Domino, Mathia Nitrai, ad Excelsum Consilium Loc. Reg. Secretario.

Valentinus Lépes.

1616, 1617.

Az Halando, es Iteletre menendeo, Tellyes Emberi Nemzetnek Fenyes Tükörö — Pokoltol rettenteo, es Mennyei Boldogsagra edesgeteo Tükör. Nyomtattatott Pragaban Seſſius Pal altal. M.DC.XVI—M.DCXVII. In quarto. Bibliothecae Regiae Scientiarum Vniuersitatis Hungaricae.

Gregorius Maros Vásárhelyius.

1618.

Eſztendö altal az Anyaſzentegyháztol rendeltetet Vasárnapokra, és Innepekre Evangeliomok, és Epiſtolák, és ezekre való Lelki Elmélkedések. Irattatot

Irattatot Jesuitak rendin Maros Vásárheli Gergelytől. Nyomtattatott Beczben — 1618. In octauo minori. Amici mei, Iosephi Rajnis, thesaurus, mihi in vsum commodatus.

Petri Pázmán Liber Precum.

Speculum Poenitentiae.

1665.

Cardinal Pázmány Péter Imádságos Könyve, mellyet az Méltósagos Magyar Orszagi Palatinusné, Tekéntetes és Nagyságos Gróf Rima Szechy Anna Maria Aszszony tőb ajtatos imádságokkal, és Maria Magdolna életéuel megjobbítván, maga kőltsegen uyonnan kiboczatott. Nyomtattak Beczben — *M.DC.LXV.* In quarto. Vitae Sanctae Magdalenae praemittitur titulus: *Poenitentiának Tűkőre:* Speculum Poenitentiae. In vsus meos concessum habui a Demetrio Görög, Amico meo, Iunioris Principis Eszterházy Moderatore Aulico.

Stephanus Katona Gelejensis.

1645.

Magyar Grammatikátska, a'vagy az Igaz Magyar Irásban és Szóllásban kévántató néhány szűkséges Observatiók, mellyeket — *kibotsátott Geleji Katona István* — *Kinyomtattatott Gyula-Fejér-Váratt. A. D. M.DC.XLV.* In quarto. Vsus sum hoc Opere beneuolentia eiusdem Demetrii Görög.

Paulus Medgyesius.

1649.

Dialogus Politico Ecclesiasticus. *Beszélgetések az Egyházi Igazgató Presbyterekrõl, avagy Vénekrõl, Öregekrõl, és az Presbyteriumról, Egyházi Tanátsról.* *Bartfán* 1649. In quarto. Auctor operis Paulus Medgyesius. Ex Collectione Jankovitsiana.

ALLOCVTIO FVNEBRIS

PRIMA LONGIOR.

EXEMPLVM MANVSCRIPTI.

Latiatuc feleym zumtuchel mic vogmuc. ýſa pur eſ chomuv uogmuc. Menýi miloſtben terumteve eleve miv iſemucut adamut. eſ odutta vola neki paradiſumut hazóá. Iſ mend paradiſumben uolov gimilcíctul munda nekí elnie. Heon tilu-

CLAVIS PALUDIANA.

Láttyátok *feleym* ſzemetekkel, mik vagyunk? *ysa* por, és hamu vagyunk. Mennyi malaſztbàn terémté *eleve* mi *iſemucut* Adámot, és oda atta néki paraditsomot házójá, és mind paraditsomban valo gyümöltsöktül monda néki élnie. *Heon* til-

LECTIO EDITORIS.

Látjátok, feleim! ſzömtökkel, mik vagymuk. Isu por és hamuv vagymuk. Mennyi miloſztben terömtéve Éléve miv ösemüköt Ádámot! és adotta vala neki paradízumot házóá. És ménd paradízumben valov gyimöltsöktöl monda neki élnie. Hean tilotóa

IDEM LATINE AD VERBVM.

Videtis, fratres-mei! cum oculo vestro, quid sumus. Certe puluis et cinis sumus. In quanta gratia creauít Viuens patrem-nostrum Adamum! et dederat ei paradisum in domum-eius. Et ex omnibus in paradiso existentibus fructibus dixit ei viuendum (*vescen-*

toa wt ıg fa gımılcetul. Ge mundoa nekí meret nũ eneyc. ẏſa kí nopun emdul oz gımılſtwl. halalnec halalával holz. Hadlaua choltat terumteve ıſtentvl. ge feledeve. Engede urdung ıntetvınec. eſ evec oz tıluvt gımılſtwl. eſ oz gımılſben halalut evec. Eſ oz gımılſnec vvl keſeruv uola vıze. hug turchucat mıge zocoztıa vola. Num heon muga nec. ge mend w foıanec halalut evec. Horo-

CLAVIS FALUDIANA.	LECTIO EDITORIS.
totta ötet egy fa gyümöltsétül, mondván néki miért nem ennék. *Yſa* ki napon éſzend az gyümöltstül, halálnak halálával halſz. Hallotta parantsolatot teremtö Iſtentül, de elfelejté, engede ördög intésének, és evék az tiltott gyümöltstül, és az gyümöltsben halált evék, és az gyümöltsnek olly keserű vala vize, hogy torkokat meg ſzakaſztya vala, nem *heon* magának, de mind ö fiainak halált evék. Haraguvék	*vöt egy fa gyimöltsétöl. Gye mondóa neki, mérett nöm ennéik: isa, ki napon émdöl az gyimöltstöl, halálnek haláláal halſz. Halláva holtát terömtéve Istentöl; gye feledéve. Engede ördöng intetvének, és evék az tilott gyimöltstöl, és az gyimöltsben halalot evék. És az gyimöltsnek olly keserüv vala vízé, hogy torkokat mege ſzakaſztja vala. Nöm hean mogának, gye ménd vö fajának, halalot evék. Hara-*

IDEM LATINE AD VERBVM.

dum). Tantum prohibuit eum ab vnius arboris fructu. Sed dixit ei, quare non comederet: certe quo die comederis de illo fructu, mortis morte morieris. Audiuit mortem - suam a creatore Deo; sed oblitus est. Cessit daemonis monito, et comedit de illo prohibito fructu, et in illo fructu mortem comedit. Et illius fructus tam amarus erat sapor, vt guttur - eorum ruperit. Non tantum sibi, sed omni genimini - suo, mortem com-

guvec ıſten. eſ veteve wt ez muncaſ vılagbele. eſ levn halalnec eſ puculnec feze. eſ mend w nemenec. Kıc ozvc mıv vogmuc. Hug eſ tıv latıatuc ſzumtuchel.' ıſa eſ num ıgg ember mulchotıa ez vermut. yſa mend ozchuz ıarov vogmuc. Wímagguc uromc ıſten kegılmet ez lelıc ert. hug ıorgoſſun w nekı. eſ kegıggen. eſ bulſcaſſa mend w bunet. Eſ vımagguc ſzen achſcın

CLAVIS FALUDIANA.	LECTIO EDITORIS.
Iſten, és vetette ötet ez munkás világba belé, és lön halálnak és pokolnak *feze*, és mind ö nemének, kik azok mi vagyunk, hogy és ti láttyátok ſzemeſekkel. *Yſa*, és nem egy ember mulattya ez vermet, és mind ahoz járók vagyunk. Imádgyuk Urunk Iſten kegyelmét ez lélekért, hogy irgalmazzon ö néki, és kegyelmezzen, és botsáſſa mind ö bünét. 'S imádgyuk Szent Aſzſzony	*guvék Isten, és vetéve vӧt ez munkás világbele; és lӧn halálnek és pokolnek feſze, és ménd vӧ neménѐk. Kik azok miv vagymuk. Hogy és tiv látjátok ſzӧmtӧkkel. Isa és nӧm egy ember múlhatja ez vermӧt; isa ménd azhoz járov vagymuk. Vimádjuk Uromk Isten kegyelmét ez lélekéit; hogy iorgasson vӧ neki, és kegyedjen, és boltsássa ménd vӧ bünét. És vimádjuk Szent Aſzſzony*

IDEM LATINE AD VERBVM.

edit. Iratus est Deus, et proiecit eum in hunc laboriosum mundum-intro; et factus est mortis et inferni expansus, et omni generi-suo. Qui illi nos sumus. Vt et vos videtis cum oculo-vestro. Certe et non vnus homo praeterire-potest hanc scrobem; certe omnes ad illam accedentes sumus. Oremus Domini-nostri Dei clementiam pro hac anima; vt misereatur ei, et gratiam faciat, et indulgeat omne peccatum-eius. Et oremus Sanctam Dominam Mariam, et Beatum Michaelem

marıat. eſ bovdug mıchael archangelt. eſ mend angelcut. hug uımaggonoc erette. Eſ uımagguc ſzent peter urot. kınec odut hotolm ovdonıa. eſ ketnıe. hug ovga mend w bunet. Eſ vımagguc mend ſzentucut. hug legenec nekí ſeged uromc ſcıne eleut. hug ıſten w uımadſaguc mıa bulſaſſa w bunet. Eſ zoboducha wt urdung ıldetuıtvl. eſ pucul kınzotvıatwl. eſ vezeſſe wt para-

CLAVIS FALUDIANA.	LECTIO EDITORIS.
Máriát, és boldog Mihál Arkangyalt, és minden Angyalokat, hogy imádgyanak érette, és imádgyuk Szent Péter Urat; kinek adatott hatalom oldania, és kötnie, hogy oldgya mind ö bünét, és imádgyuk mind ſzenteket, hogy legyenek neki ſegedelem Urunk ſzine elött, hogy Iſten ö imádságok miatt botsáſſa ö bünét, és ſzabadítsa ötet ördög üldözetitül, és pokol kinzattyátul, és vezesse ötet para-	*Máriát, és bovdog Michael Arkangyelt, és ménd Angyelkot: hogy vimádjanak érette. És vimádjuk Szent Péter Urat, kinek adott hatalm ovdania, és kötnie: hogy ovdja ménd vö bünét. És vimádjuk ménd Szentököt; hogy legyenek neki segéd Uromk színe elött: hogy Isten vö vimádságok miu boltsássa vö bünet. És szabaiótsa vöt ördöng üldetvétöl, és pokol kinzatvjától; és vezesse vöt para-*

IDEM LATINE AD VERBVM.

Archangelum, et omnes Angelos: vt orent pro eo. Et oremus Sanctum Petrum Dominum, cui data est potestas soluendi, et ligandi: vt soluat omne peccatum-eius. Et oremus omnes Sanctos; vt sint ei iuuamen ante Domini-nostri faciem: vt Deus per orationem-eorum indulgeat peccatum-eius. Et liberet eum a daemonis persecutione, et inferni cruciatu; et ducat eum in para-

dıſū nugulmabeli. eſ oggun nekı münhí uruzag-bele utot. eſ mend ıovben rezet. Eſ keaſſatuc uromchuz charmul. kırł.

CLAVIS PALUDIANA.	LECTIO EDITORIS.
ditsom nyugolmába belé, és adgyon néki meny orſzág belé utat, és minden jóban réſzt. és kiáltsatok Urunk-hoz hármúl.	*dízum nyugolmabele; és ad-jon neki mönyi orοſzág-bele útat, és ménd jovben réſzet. És keássatok Uromk-hoz hármúl: Kyrie eleison!*

IDEM LATINE AD VERBVM.

disi requiem - intro; et det ei in coeleste regnum - intro viam, et in omni bono partem. Et clamate ad Dominum - nostrum ter: Kyrie eleison!

ALLOCVTIO FVNEBRIS
ALTERA BREVIOR.

EXEMPLVM MANVSCRIPTI.

Scerelmes bratým uımaggomuc ez ſcegen ember lılkıert. kıt vr ez nopun ez homuſ vılag tımnucebelevl mente. kınec ez nopun teſtet temetívc. hug ur uvt kegılmehel abraam. ẏſaac. ıacob kebeleben helhezıe. hug bırſagnop ívtva mend vv ſcentíí eſ unuſtei cuzıcun ıov felevl ıochtotnıa ılezıe vvt. Eſ tıv bennetuc. clamate ııı. k.

LECTIO EDITORIS.

Szerelmes barátim! vimádjamuk ez ſzegény ember lelkéért, kit Úr ez napon ez hamos világ tömnötzebelöl mente, kinek ez napon testét temetjük: hogy Úr vöt kegyelméhel, Ábrahám, Izsák, Jákob kebelében helyhezje; hogy, bírságnap jutva, ménd vö Szentei és Önöttei közökön jov felöl ioktatnia éleſzje vöt. És tiv bennetöket. Clamate ter: Kyrie eleison!

IDEM LATINE AD VERBVM.

Amabiles fratres - mei! oremus *pro* huius pauperis hominis anima, quem Dominus hoc die *ex* huius iniqui mundi carcere eliberauit, cuius hoc die corpus sepelimus: vt Dominus eum *per* clementiam - suam, *in* Abrahami, Isaci, Iacobi sinum collocet; vt, iudicii die ad-

ueniente, *inter* omnes Sanctos - suos, et Electos - suos, dexteram versus illocandum reuiuiscere-faciat eum. Et vos ipsos. Clamate ter: Kyrie eleison!

* * *

Stephanus Sándor de Szlavnitza, Vir illustri prosapia, et de Literatura Patria, compluribus Operibus iam in lucem datis, praeclare meritus, communicauit mecum pro ea, quae mihi cum illo intercedit, amicitia singulari, Codicem MS. membranaceum, Seculi XIV. in minuto formato octauo, Neo-gothico charactere, calamo diligenti, exaratum. Continet is Preces antiquorum super moribundis, et mortuis, Monachis ac Monialibus, dici solitas; item rationem agendi cum moribundis. Pertinebat olim, vt in fine eadem primigenia manu adnotatum legitur, ad Norimbergense Claustrum Sanctae Catharinae: **Gehort in das Closter Sant Kathêna in Nurmberg.** Posterior haec Allocutio Funebris occurrit in hoc Codice paululum varians. Fuerit certe olim, eorum temporum vsu, iam mature satis, primis adeo Christianae Hungariae seculis, et apud nos huiusmodi Precum, et Allocutionum, Collectio conscripta: vnde ista nostra pius aliquis Hungarus, in vsum Pastorum, ad commonendos Fideles, verterit aliquantulo liberius, patrii sermonis genium secutus. Exhibeo partem repertam, fideliter exscriptam, nostra quidem versione multo serius exaratam, cum abbreuiaturis, quibus

per typum hodiernum licuit, omnibus: cui postea, in Lectorum gratiam, subiicio et meam lectionem planam.

Orem' frēs Kmi ꝑ spū cari nri q̄m dn̄us de laqueo hui' scli' liberare dignat' est. Cui' corpusculū hodie sepultē tradit. ut eū pietas dn̄i ī sinu abrahe. ysaac. et iacob collocare dignet. ut cū dies iudicÿ aduenerit. int̄ scōs ꝛ elt̄os suos eum ī pte dexta collocandum resuscitari faciat:

Oremus, fratres charissimi! pro spiritu chari nostri, quem Dominus de laqueo huius seculi liberare dignatus est, cuius corpusculum hodie sepulturae traditur: vt eum pietas Domini in sinu Abrahae, Isaac, et Iacob, collocare dignetur; vt, cum dies iudicii aduenerit, inter Sanctos, et Electos suos, eum in parte dextra collocandum resuscitari faciat.

COMMENTARIVS
IN
VTRAMQVE ALLOCVTIONEM.

INGRESSVS.

§. 1.

Monumenta nostra vetustiora, tam manuscripta, quae quidem pauca supersunt, quam etiam typis expressa, iam paulo frequentiora, saepe Viri vel doctissimi experiuntur pleraque multum impedita, et lectu difficilia. Promtius illa hodie, rectiusque, euolui possent; eluceretque ex iis, multo clarius, ac verius illud, de quo liberius nonnulli pronunciant, antiquae, ac hodiernae linguae Hungaricae discrimen: si maiores nostri, propriis quibusdam literis, iis fere similibus, fuissent vsi; quas Belius, Desericius, aliique protulerunt, proque veris Magyaricis obtrudere conati sunt; ad sonum quemque, in nostra lingua occurrentem, genuine exprimendum accommodatis. Verum manuscripta nostra vetera, et volumina impressa, partem maximam Latinis, satis copiosa vero etiam Gothicis literis sunt exarata, et expressa. Vtrasque maiores nostri a Mo-

nachis, suis olim praecipuis in Religione Christiana magistris, acceperunt. Et cum hae neque suffecerint, quod pauciores sint, quam sermo noster exigat; et ex iis ipsis, quae praesto sunt, quaedam non omni casu idoneae repertae fuerint: quanto remotiora sunt a nostra aetate scripta huiusmodi, et libri typis expressi; licet enimuero in iis animaduertere, tanto magis abductos Scriptorum animos simul et calamos, inconcinnamque, et horrisonam literarum confusionem.

§. 2.

Primum enim Scriptores nostri, tentando fere, modo hanc, modo illam arripuerunt literam Latinam: cui peculiaris aliquis sonus Hungaricus, in voce aliqua exscribenda auditus, propius, aut paululum accedere visus est. Deinde auxilio vocata est, medio cumprimis tempore, imitatio orthographiae aliarum gentium: apud quas soni quidam Hungarici sparsim audiuntur. Ab his coepit ad nos sensim deduci, et duarum, pluriumque literarum, ad vnicum dumtaxat sonum rectius exprimendum, frequens connexio; et signorum praeterea vsus aeque non rarus in literis, ad proprium Hungaris sonum proxime accedentibus. Et istam rationem alteram signorum, vt de me loquar, doleo equidem, prae altera illa combinata, non esse a nostris, plene, et vniuerse adoptatam. Compendio sane magnopere consultum fuisset. Fastidio quodam Slaui-

cae gentis, quae iis et hodie vtitur, inepte sunt neglectae. Quasi vero pudere nos oporteat, eos, in nonnullis apicibus, cum aliquo commodo, sequi; a quibus maiores nostri tot rerum vocabula, praesertim vtensilium, et rusticarum fere omnium, accepisse, ac ciuitate donasse non abhorruerunt. Sed, quod de literis coepi dicere, in iis etiam, quae aetate posteriore tentata sunt, diu, et multum variauit Scriptorum, non satis consentientium, vagum, et male pertinax arbitrium.

§. 3.

Et is quidem, qui vetera monumenta nostra cum successu legere cupiat, Hungarus sit, oportet. Saepius experiendo, et explorato plurium connexarum vocum sensu, debet is decernere: quam vocem quaeque scriptio, praesertim intricatior, valeat; et quem in ea sonum denotent literae, tam combinatae, quam simplices. Necessum certe est, in huiusmodi vetustis, non modo diuersae, sed eiusdem etiam aetatis monumentis, omnem scribendi rationem singulatim exploratam, ac determinatam habere; et ipsas etiam aberrationes, quae frequentes occurrunt, quemadmodum res poscit, tuto corrigere: vt hoc pacto, sublata, quam prae se ferre videntur, asperitate, et ipsa expeditius legi, et veriora de patrio eius aeui sermone proferri possint iudicia. Non sine stomacho audiuntur multorum,

qui ad ista aduertere negligunt, non probatae, ne quid acerbius dicam, de indole linguae nostrae antiquae, et opiniones, et sententiae. Vti literae in vocibus continenter sese excipiunt; eas illo prorsus, quem nunc habent, sono exprimentes, dum, distorto mirum in modum ore, mugiunt potius, quam legunt: veterem linguam Hungaricam, tam impeditam, tam hiulcam, tam asperam, et horrificam volunt reddere; qualis ea nunquam esse potuit. Vtinam sententiae huiusmodi non etiam scriptae essent! Doleo sane Horányium, Virum cetera doctissimum, in Memoria Hungarorum, de Gabrielis Pesthii Nouo Testamento haec adnotasse: *in quo loquendi ratio vetusta Lectoribus taedium generat.* Ponere debuisset, vt res est, *scribendi,* non loquendi, *rationem vetustam.*

§. 4.

Sed miror magis, Sajnovitsio non idem et hic succurrisse, ad conciliandam cum hodierno sermone nostro Funebrem hanc Allocutionem: quod ille ipse, in celebri Demonstratione sua, qua docet Lapponum et Hungarorum Idioma idem esse, vltro animaduertit ante omnia praestari oportere. Nempe non ille itidem curae habuit; vt, huius etiam manuscripti orthographia paululum inuestigata, atque ad hodiernam reducta, rarum hoc antiquitatis nostrae monumentum, cum nostrae aetatis sermone, plurimum omnino, ac pulchre conuenire contenderet: quemad-

modum Lapponici sermonis gratia fecit, Leemiana orthographia cum recenti Hungarica conciliata. Lapponicas illas voces CL. quae cum nostris congruere demonstrantur, nostri quidem Hungari sola hac orthographiae reductione persuadentur reuera conuenire. At, cum gens nostra Hungara, non adeo multis adhuc seculis, quibus longe superior est Lapponum a nostris originibus secessio, tam copiosa, idem solum vna incolat, vicissitudines superet, domesticam continuam teneat regiminis speciem; eius quidem lingua, etsi, vel hoc temporum interuallo, satis notabiliter mutata, ac variata sit, pro conditione vtique rebus humanis communi; tantopere tamen mutari, ac variari, nondum potuit, vti porro contendit Sajnovitsius. Ait enim (§. 1.): *veterem Hungarorum linguam, mutatam, atque variatam esse, positiuo quopiam argumento comprobari — certe ad euidentiam vsque luculento:* idque argumentum tam luculentum, tam euidens, esse hoc monumentum nostrum; *locum, quem pauci Hungari Hungaricum esse dixerint.* Ita sane, si illi intelligantur Hungari: qui, primum quidem, ad pernoscenda apud nos literarum a Latinis acceptarum fata, non norunt ab aetate nostra regredi, spatiumque priorum temporum mente respicere; deinde qui, et vicissitudinum lege ignorata, minutulas quasque vocum terminationes hodiernas arbitrantur in lingua nostra easdem fuisse perpetuas.

§. 5.

Ego vero persuasissimum habeo, si Sacerdos ille, qui pium hunc sepeliendi ritum tenuit; vel quiscunque alter illi coaeuus, a mortuis resuscitatus, et hodie ita, vt olim, eodem nempe ore, hanc Allocutionem pronunciaret; eum certe a quouis Hungaro hodierno, etiam idiota, facile intellectum iri; hunc proindè locum futurum omnino Hungaricum. Ea enim paucula, quorum vsum media aetas penitus interrupit, ex sensu iste vltro perciperet: alia, quorum radices ipsas dudum neglextimus, sed deriuatis quotidie vtimur, ex deriuatorum significatu clara, atque energica, etiam probaret: in vocum autem inflexionibus minime omnium adhaeresceret, quarum similes apud populares nostros et hodie sparsim audiuntur, et complures vel proximo adhuc seculo viguisse recens est memoria. Et, qui tamen hoc monumentum, a quopiam Slauo conscriptum, propterea dictitant conseruatum esse; vt posteritas in promtu haberet ridendi materiam: hos quidem ipsos egregie deridendos esse existimo de inepto hoc iudicio. Nam, amabo! pia antiquitas nostra Sacris nempe Libris Missalibus potuitne res insulsas, quales isti hic vident, ridiculi tantum caussa interserere? Sic pronuncianda est haec Allocutio, vt est olim pronunciata: sic in ea obseruanda aequabiliter dominans eius aeui dialectus, et vere domestica, nec vitiata construendi ratio vocum, aeque domesticarum,

mesticarum, primigenia simplicitate insignium, exceptis paucis peregrinis, tum recenter assumtis. In mea equidem lectione hoc ipsum praestare satagebam: qui manuscripti, non modo verbis singulis, sed ipsis etiam apicibus, sollicitudine fere superstitiosa, nec tamen, vti confido, infelici inhaeserim. In decursu explanationum abunde probabo singula. Atque in hoc ego monumento, vere domestico, et vere Hungarico, licet perexiguo, magnum autumo latere thesaurum; res omnino singulares, diuina adeo benignitate feliciter superstites: ex quibus rara linguae nostrae indoles et hoc loco mirifice eluceat. Quare in explanationibus indulgeo mihi: digrediorque, non modo in omnem, quoad fieri potest, superiorem linguae nostrae aetatem; sed in affines etiam linguas alias, praeter Hebraeam, cumprimis in Fennicas. Confido autem, qui mihi finis in hoc opusculo praecipuus, et vnicus, praefixus est, has meas Digressiones ad Grammaticam Hungaricam, non modicam et lucem, et accessionem, esse allaturas.

§. 6.

Sed antea, quam ad ipsas iam Vocum Explanationes transeam, puto, in gratiam Lectorum, scribendi rationem, quae in hoc manuscripto potissimum viget, ad hodiernas orthographiae leges reductam, in Tabula singulari, quo facilius percipi posset, etiam ob oculos ponen-

dam esse. Hanc ego talem erui, qualis continuo subsequitur. Quaedam tamen de hoc genere, in ipso Commentario vberius explananda, suis locis opportunius produco.

MANVSCRIPTI ORTHOGRAPHIA.

QVAE VOCALES SPECTAT.

	PROBATIONES PER EXEMPLA.	MSpti literae	Valent nostras
1.	Pro *a* breui occurrit in hoc manuscripto et ipsum quidem *a*; sed frequentius tamen *o*, inprimis vbi *a* nostrum obscurum, medii inter *a* et *o* soni, audiri solet. Ex. gr. *zocoztia*, *vola*, lego, *szakasztja*, *vala*.	a, o.	a.
2.	Pro *á* acuto, et longo, ipsum *a* non signatum. Ex. gr. *latiatuc*, *hadlaua*, lego, *láttjátok*, *hallává*.	a.	á.
3.	Pro *e* breui ipsum *e*, etiam *i*. Ex. gr. *ember*, *igg*, *kegiggen*, lego, *ember*, *egy*, *kegyedjen*.	e, i.	e.
4.	Pro *é* acuto, et longo, eaedem vocales, quae pro *e* breui. Ex. gr. *evec*, *intetvinec*, lego, *evék*, *intetvének*.	e, i.	é.

	PROBATIONES PER EXEMPLA.	MSpti literae	Valent nostras
5.	Pro *i* breui ipsum *i*, etiam *y*. Ex. gr. *mic*, *yſa*, lego, *mik*, *isa*.	i, y.	i.
6.	Pro *í* acuto, et longo, ipsum *i*. Ex. gr. *vize*, *miv*, *tiv*, lego, *íze*, *mí*, *tí*. Quid vero in his, et aliis vocibus, *v* valeat, quam consonam hic in lectione omitto, opportunius explico in Commentario.	i.	í.
7.	Pro *o* breui ipsum *o*, sed rarius; saepius vero *u*; fortasse et *vv*, ac *uv*. Ex. gr. *iacob*, *iorgoſſun*, *hug*, *pucul*, *vvl*, *tiluvt*, lego, *Jákob*, *iorgasson*, *hogy*, *pokol*, *olly*, *tilott*.	o,u,vv, uv.	o.
8.	Pro *ó* acuto, et longo, idem *o*, sed crebrius *u*, etiam *w*. Ex. gr. *mundoa*, *zoboducha*, *kinzotviatwl*, lego, *mondóa*, *ſzabadótsa*, *kinzatvjától*.	o, u, w.	ó.
9.	Pro *u* breui ipsum *u*, etiam *v*. Ex. gr. *urot*, *horoguvec*, *ivtva*, lego, *urat*, *haraguvék*, *jutva*.	u, v.	u.
10.	Pro *ú* acuto, et longo, eaedem literae *u*, et *v*. Ex. gr. *ur*, *vr*, lego *úr*.	u, v.	ú.

	PROBATIONES PER EXEMPLA.	MSpti literae	Valent nostras
11.	Pro ö breui *e*, *i*, et *u*. Ex. gr. *ketnıe*, *gımılcıctul*, *urdung*, *cuzıcun*, lego, *kötnie*, *gyimöltsöktöl*, *ördöng*, *közökön*.	e, i, u.	ő.
12.	Pro ő acuto, et longo, hae recurrunt literae u, v, w; hoc sunt fortasse valore et *eu*, et *ev*. Ex. gr. *gımılcetul*, *ıſtentvl*, *gımılſtwl*, *eleut*, *felevl*, lego, *gyimöltsétől*, *Istentől*, *gyimöltstől*, *előtt*, *felől*.	u, v, w, eu, ev.	ő.
13.	Pro ü breui *i* et *v*. Ex. gr. *ıldetuıtvl*, *temetıvc*, lego, *üldetvétől*, *temetjük*.	i, v.	ü.
14.	Pro ű demum acuto, ac longo, est *u*. Ex. gr. *bunet*, *keſeruv*, lego, *bűnét*, *keserűv*.	u.	ű.

DE CONSONANTIBVS.

1.	Pro *ts* occurrunt in hoc manuscripto, *c*, *ch*, *ſ*, *ſc*. Ex. gr. *gımılcetul*, *zoboducha*, *bulſaſſa*, *bulſcaſſa*, lego, *gyimöltsétől*, *ſzabadótsa*, *boltsássa*.	c, ch, ſ, ſc.	ts.
2.	Pro *gy*, soni mollioris, solum *g*. Ex. gr. *gımılſnec*, *hug*, *ſegılmet*, lego, *gyimöltsnek*, *hogy*, *kegyelmét*.	g.	gy.

PROBATIONES PER EXEMPLA.	MSpti literae	Valent nostras
3. Pro *h* frequentissime ipsum *h*, quandoque et *ch*. Ex. gr. *hug*, *halalut*, *chomuv*, *ozchuz*, lego, *hogy*, *halalot*, *hamuv*, *azhoz*.	h, ch.	h.
4. Pro *j*, cuius figura hic nuspiam comparet, ponitur more Latinorum *i*. Ex. gr. *ıacob*, *latıatuc*, *ıov*, lego, *Jákob*, *látjátok*, *jov*.	ı.	j.
5. Pro *k*, praeter ipsum *k*, etiam *c*, praesertim in fine; aliquoties et *ch*. Ex. gr. *nekı*, *kıc*, *mıc*, *turchucat*, *zumtuchel*, lego, *neki*, *kik*, *mik*, *torkokat*, *ſzömtökkel*.	k, c, ch.	k.
6. Pro *ny*, soni mollioris, solum *n*; in vnica voce *ny*. Ex. gr. *nugulma*, *ſcegen*, *achſın*, *menyı*, lego, *nyugolma*, *ſzegény*, *aſzſzony*, *mennyi*.	n, ny.	ny.
7. Pro *ſz*, signo sibili acuti, idem *ſz*; deinde *ſc*, et *z*. Ex. gr. *ſzent*, *ſcegen*, *zumtuchel*, *rezet*, lego, *ſzent*, *ſzegény*, *ſzömtökkel*, *réſzet*.	ſz, ſc, z.	ſz.
8. Pro *v*, praeter ipsum *v*, et *u*. Ex. gr. *evec*, *uola*, *ualov*, lego, *evék*, *vala*, *valov*.	v, u.	v.

§. 7.

In hoc praeterea Commentario, quae produco citationum exempla, ea pleraque placuit orthographia cuique documento coaeua, et propria, exhibere. Et horum itaque caussa puto accommode praemittendam esse Tabellam alteram: ex qua literarum, et combinatarum, et signatarum, valor facilius percipiatur. Est ea amplior quidem, et omnes, quas reperire potui, peculiares literarum rationes complectens, destinata singulari Disquisitioni; quam in alio Volumine multo sum opportunius producturus. Sed lubet hoc etiam loco eam proferre propter adiectas compendiarias literas soni peculiaris. Qui has nostra aetate resuscitare cupiunt, compendii cumprimis caussa, nihil noui agitant: reuehi optant, mente bona, et laudabili, morem a maioribus nostris iam olim inductum; qui maxime in manuscriptis regnauit, in typo etiam, praesertim Siluestriano, aliisque, et seculis quidem fere duobus. Quod in iis nouitatis esse potest, situm id est in earum figura aptiore: quae neque typum deformaret; neque currentis calami scripturam elegantiorem impediret. Meam in iis concinnius efformandis operam iam dudum locatam, ante annos ferme viginti, communicaui cum nonnullis, sed fato satis iniquo. Plerique enim inuenta mea deprauarunt. Aegerrime fero mea haec conamina, me inconsulto, non meis figuris, meo tamen nomine, ante tempus, iam etiam protrusa

esse. Literae meae vncinatae sunt, pleraeque inferne, quae quidem vncinos inferne recipere poterant: ne scriptura nostra, accentibus scilicet necessariis superne inscriptis satis vtique onerata, multo efficeretur grauior, et istis vncinis omnibus superne infixis. In scriptura currentis calami, abeunt hi vncini in ductus, elegantioris scripturae legibus, mea quidem opinione, conformes, et vltro parabiles. Ne rugas contrahant, qui haec quacunque de caussa fastidiunt. Nulli haec obtrudo. Conatus tantum mei specimen dare cupio, etiam ad tuendam opinionem; ne mihi non mea affingantur.

LITERAE HVNGARICAE PECVLIARES IN TYPO.

Čomb, Çat, Ǵönǵ, Ļuk, Ņár, Ţúk, Şem, Ȥeb.
Čomb, Çat, Ǵönǵ, Ļuk, Ņár, Ţúk, Şem, Ȥeb.

čafrang, derče, ketreč; çap, feçke, papuç; ǵom, aǵag, faǵ; ļuk, háļog, moļ; ņárs, aņa, ártáņ; ßag, veßßő, viaß; ţúk, aţa, ponţ; ȥenge, moȥár, roȥ.

čafrang, derče, ketreč; çap, feçke, papuç; ǵom, aǵag, faǵ; ļuk, háļog, moļ; ņárs, aņa, ártáņ; ßag, veßßő, viaß; ţúk, aţa, ponţ; ȥenge, moȥár, roȥ.

EX ANACREONTIS ODA IV,

Úgy múlik életünk,
Mint a' sebes kerék
Forog futó ſzekérben;
'S ha egyſzer tsontjaink
Egymástól oſzlanak,
Nyugſzunk pitsiny porunkban,

Mit ér a' sír követ
Szagokkal önteni?
A' hitvány föld el iſzſza:
Míg élek, engemet
Frisíts inkább velek;
Rózsát köss homlokomra,

EX ANACREONTIS ODA V,

Rózsa leg jelesebb virágja
Az illatos mezőnek:
Rózsa kedvese a' tavaſznak;
Rózsák az Isteneknek
Az ő gyönyörködésök,

Rózsákkal köti gyenge fodrát,
Ha tántsol a' Kegyekkel,
Vénus gyermeke, a' Kupídó;
Mí is tehát, Barátim!
Rózsát kössünk fejünkre,

solitarie viuentes, sed fraterne conuiuentes, vocamus monachos. Praeterea vox eadem *barát*, spectata vtraque ea charitate, qua, et Christiani, et monachi, tanquam fratres mutuo sese complectuntur, translata est etiam ad amicitiam significandam, idemque valet, sensu iam proprio, et plane Hungarico, ac Latinorum *amicus*. Eius deriuata sunt: *barátság*, amicitia; *barátságos*, amicabilis, officiosus; *barátságtalan*, inamicabilis, non officiosus; *barátkozom*, amicitiam colo; *barátkoztatom*, facio, vt quis cum aliquo amicitiam colat.

§. 10.

Iam vox *feleim* sequitur clarius explananda. Hac compellatione intelliguntur, vt illi sensus et iste accessit latior significatus, quiqui nobis religionis, generis, conditionis nexu iunguntur. Párizpápaius reddidit Latine, *proximos*, *necessarios nostros*. Erat huius vsus satis frequens apud Scriptores nostros vetustiores. Nam habet Lépesius: *Mondhattyuk minden keresztyén feleinknek* (Libro I. de Morte pag. 164. et alibi saepe saepius). Dicere possumus omnibus Christianis proximis nostris. Habet et Telegdius: *Imezért is kel szeretnünk feleinket* (Part. III. pag. 659.). Propter hoc etiam debemus diligere proximos nostros. Occurrit apud Tinodium: *Feletőket ti batoriczyatoc* (h. 3.). Debuerat *feleiteket* scribere. Proximos vestros vos animate. Codex MS. Transl. Bibl. (circiter annum 1450) eundem tribuit lo-

LITERAE HVNGARICAE PECVLIARES

Hodierni usus	*Olim exprimebantur varie*	*Adoptari possent*
TZ, tz.	c, ċ, ć, č, ch, chi, chy, cz.	Cc, Cc
TS, ts.	c, ſ, ſc, ś, h, ch, chi, chy, cz, cs.	Cc, Cc.
GY, gy.	g, ğ, ǵ, ġ, ǧ, dj, gi, gy.	Gg, Gg
LY, ly.	l, ł, ĺ, ľ, ŀ, li, lj, ly.	Ll, Ll.
NY, ny.	n, ñ, ń, ň, ṅ, ni, nj, ny.	Nn, Nn.
TY, ty.	t, ṫ, ť, ť, ŧ, ti, tj, ty.	Tt, Tt.
SZ, ſz.	z, ſc, ſz, ſ, ſz, ß.	Sß, Sß
ZS, zs.	ſ, ś, s', ż, ź, ż, z, zs.	Zz, Zz.
Ö, ö.	e, i, o, u, eu, ev, ew, w, ọ, ọ, ọ.	*Hic valeat usus*
	ẇ, eiv, eyv, eő, ő, ȯ, ö.	*hodiernus etiam*
Ü, ü.	i, u, y, eu, ew, ů, v̇, ẇ, ẇ, w̃.	*in literis*
	iv, eű, ű, v́, ü, ü.	Őő, Űű.

Adoptatae, in Scriptura currentis calami sic possent, et celeriter, et eleganter, ad regulas Calligraphiae efformari.

Cc, Cc, Gg, Ll, Nn, Tt, Sß, Zz.

Comb, Cat, Gönc, Luk, Nyár, Tyúk, Szem, Zsel.

safrany, derce, ketrec; csáp, fecske, papucs; gyom, agyag, fagy; lyuk, hályog, nadály; nyárs, anya, ártány; tyúk, atya, ponty; szag, vesz, szö, viasz; zsenge, mozsár, rozs.

Berken incidit

EXPLANATIONES VOCVM
CVM
DIGRESSIONIBVS GRAMMATICIS.

FELEYM.

§. 8.

IN Allocutione prima longiore Sacerdos sepeliens, ad fideles adstantes, hac compellatione vtitur, *feleim*, voce originis omnino Hungaricae: in altera vero, accepto a Slauis nomine, eos affatur, *szerelmes bratim.* Notum est, Slauorum *brat* idem valere, ac *frater* Latinorum. Istud olim apud Hungaros vocabulo *fél* expressum fuerat, et bene in genere. Illa hodierna fratrum apud nos nomina, quibus et veteres vsos fuisse certum est, magis determinata, inter fratres, etiam aetatem distingunt: nam *bátya* est *frater natu maior*, *ötse* vero *frater natu minor.* Feruentior primorum Christianorum charitas, qua se inuicem tanquam fratres prosequebantur, assumsit hanc plenam amoris ac fiduciae compellationem. Hanc gentes illae, quae genericum habent fratris nomen, felicius exprimebant. Nos vocem iam dudum nullam habemus, qua fratres in genere, tam maiores, quam minores natu vna com-

pellemus. Nam vetustum illud, quod apud nos hoc sensu viguisse, et hoc manuscriptum satis docet, et Lapponum, Esthonumque vsus confirmat, quibus frater in genere et hodie *wålja*, *wål*, *welli*, reducta orthographia *fél* dicitur, nescio, qua incuria, vocabulum aptum ac domesticum elabi siuimus. In huius igitur compellationis defectu, quemadmodum in sacris, ita in profanis etiam, ac priuatis allocutionibus, satis mature assumsisse videmur hanc affandi formulam, *atyámfiai*, id est, *patris mei filii*. Certe Benedictus Komjáthius in Versione Epistolarum S. Pauli, iam anno 1533 edita, nuspiam secus exprimit. *Atyámfia*, determinate in statu constructo, cum valeat etiam *cognatum*, *agnatum*, *consanguineum*, est meus cognatus; *atyádfia*, tuus cognatus; *atyjafia*, eius cognatus: *atyánkfia*, noster cognatus; *atyátokfia*, vester cognatus; *atyjokfia*, eorum cognatus. Abstracte, sine affixo pronomine, duorum substantiuorum absolutum compositum, *atyafi*, dicitur cognatus: et deriuatum ex eo *atyafiság*, est cognatio.

§. 9.

Nomen *brat*, vel iam Hungarico potius ore prolatum, qui in vocis initio concursum consonantium non ferunt, *barát*, adhaesit religiosis, in claustris vna degentibus, estque eius sensus, ac Graecorum, Latinorumque *monachus*. Apud nostros pulchra sane appellatio: nos enim non

solitarie viuentes, sed fraterne conuiuentes, vocamus monachos. Praeterea vox eadem *barát*, spectata vtraque ea charitate, qua, et Christiani, et monachi, tanquam fratres mutuo sese complectuntur, translata est etiam ad amicitiam significandam, idemque valet, sensu iam proprio, et plane Hungarico, ac Latinorum *amicus*. Eius deriuata sunt: *barátság*, amicitia; *barátságos*, amicabilis, officiosus; *barátságtalan*, inamicabilis, non officiosus; *barátkozom*, amicitiam colo; *barátkoztatom*, facio, vt quis cum aliquo amicitiam colat.

§. 10.

Iam vox *feleim* sequitur clarius explananda. Hac compellatione intelliguntur, vt illi socios et iste accessit latior significatus, quiqui nobis religionis, generis, conditionis nexu iunguntur. Párizpápaius reddidit Latine, *proximos*, *necessarios nostros*. Erat huius vsus satis frequens apud Scriptores nostros vetustiores. Nam habet Lépesius: *Mondhattyuk minden keresztyén feleinknek* (Libro I. de Morte pag. 464. et alibi saepe saepius). Dicere possumus omnibus Christianis proximis nostris. Habet et Telegdius: *Imezért is kel szeretnünk feleinket* (Part. III. pag. 659.). Propter hoc etiam debemus diligere proximos nostros. Occurrit apud Tinodium: *Feletöket ti batoriczyatoc* (h. 3.). Debuerat *feleiteket* scribere. Proximos vestros vos animate. Codex MS. Transl. Bibl. (circiter annum 1450) eundem tribuit lo-

cis pluribus huic nomini significatum. De his sufficiant tantum aliqua. Ereztec mēden emberecket, egmēdent ҩ fele ellen (Zachar. VIII. 10.). Dimisi omnes homines, vnumquemque contra proximum suum. Bezekketec igaſſagot egmenden ҩ feleuel (Ibid. 16.) Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Bezellettenec iſtent felҩc, egmēdenic ҩ feleknec (Malach. III. 16.) Locuti sunt timentes Deum, vnusquisque cum proximo suo.

§. 11.

Sed proximum aliquando maluerunt nonnulli ab aduerbio *közel* (prope, proxime), affixis pronominibus aucto, dicere: *közelem*, *közeled*, *közeléy* etc. proximus meus, proximus tuus, proximus suus, etc. Recurrit certe proximus hoc modo expressus in Sermone MS. de B. V. Maria. Mynd ev magahoz, mynd en kevzelehez, mynd ledeg iſtenhez. Et erga se, et erga proximum suum, et vero erga Deum. Occurrit hoc vocabulum et in Codice MS. Transl. Bibl. sed ibi propinquum reddit. Hog feltamaziad te kҩzeledнec nevet ҩ orҩkteteben (Ruth. IV. 5.). Vt suscites nomen propinqui tui in haereditate sua. Ignorauit hunc vsum veterum secundus Editor Vitae Sanctae Margarethae Virginis (Budae 1782. in formato 12.). Pagina 40 ista habentur: Cum Rege Bohemiae, Rex Bela, et Regina, propinqui vtique Sanctae Margarethae (*akarák Szent*

Margit Aſzſzonyt meg látni miképpen ő közelőket) volebant Sanctam Margaretham Dominam inuisere tanquam propinquam suam. Sed Editor *közelöket* in nota inficete explicat *közüllök valót*, aliquam de medio sui, aliquam de suis. Meliora docet memoratus Codex noster. Sed idem locis tamen aliis perpetuo *rokon* adhibet pro propinquo, quod et hodie in vsu est. At ipsum hoc *rokon*, vt apud Komjáthium legitur, latius etiam patet, instar adiectiui. *Rokon, kuzel valo* (*határos*): proximus, vicinus, conterminus. Quem significatum primum ac proprium habere videtur ea vox: cum hunc sensum faciat est in Codice MS. Transl. Bibl. Vala neki gimolts kerte rokon ǫ hazahoz (Dan. XIII. 4.). Erat ei pomarium vicinum domui suae. Postea vero coepefit proximum valere, significatione iam restricta. Et ipse Komjáthius sic postea sumit *rokon* pro proximo, iungitque illi, more suo, claritatis caussa, et *közeled*, et *felebarátod*, vt synonyma. *Zereſd az the rokon közeledeth* (*felebaratodath*) *mynth thennen magadat* (K. i.). Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.

§. 12.

Deflex imus a voce *feleim*. Huius radix est *fél*, Lapponibus, vt supra vidimus (§. 8.), hodieque vsitata, et nihil amplius significans, quam *fratrem*. Eam ego cum nostro nomine *fél*, quod *dimidium* valet, confundere non audeo. Nam, li-

cet eaedem sint nostra pronunciatione vtriusque vocis literae, sed apud Lappones, Esthonesque differentes reperio: *wål*, et *wålja*, ac *welli*, est *frater*; *pele* vero, et *pool*, *dimidium*. Atque ipsa haec clara apud illos discrimina diuersas ostendunt radices. In nostrorum ore, *v* et *p*, literae labiales, in *f* abierunt eiusdem organi literam: et voces, origine diuersae, in monosyllabas contractae, hoc pacto factae sunt sono adeo aequales, vt plane eaedem esse putentur, et tantum vsu diuersa significantes. *Fél*, fratris significatione apud Lappones, non vane coniicio, apud nostros olim latius sumtum, etiam *genus* valuisse: de quo sint ista nostra, *a' féle*, *e' féle*, *mi féle*, illius generis, huius generis, cuius generis, secunda primitiua vocali, ex *wålja* nempe, vel in ipso nominatiuo casu, adhuc retenta, et prima quoque primigenio more producta, ex *féle*; quod cum demonstratiuis *a'*, *e'*, et interrogatiuo *mi*, iunctum, *a' féle* proprie sit id genus, *e' féle* hoc genus, *mi féle*, quod genus. *A' féle emberek*, id genus homines, vt idem apud Latinos quoque in vsu esse nouimus. Licet hoc ipsum exprimant Hungari et alio *generis* vocabulo proprio, *nem*; nisi quod hoc, sic vsurpatum, assumto *ü*, in adiectiuum abeat: *a' nemü*, *e' nemü*, *mi nemü*. Ex *mi nemü*, cuius generis, sunt ista corrupta, *minő*, *minenő*; quibus vulgus vtitur, vti aliis etiam, pronunciandi segnitie, sic contortis: ex. gr. *nem tom*, pro *nem tudom*, nescio;

sció ; item *metszek vele*, pro *mit teszek vele*, quid eo faciam? Quod postrémum non dubitauit vel scripto adhibere Gallus Anaxius. *Hogy ha a' nyers fanac ezt miuelic, metcenec az aszszunac* (d. 1.)? Quod si crudae arbori hoc agunt, quid facient aridae? Item Lépesius: *Meczesz az szamtalan iószago vizekkel* (Part. I. de Morte)? Quid facies innumeris aquis bene olentibus? Habet iste hoc idem etiam in coniunctiuo: *Medgyek azért* (Part. II. de Inferno)? Quid itaque agam? Quod integrum sic dicimus: *mit tegyek?* quid agam? quid faciam? Ad *genus* significandum sumsit Komjáthius etiam *felekezet*, deriuatum proximum verbi *felékezik*, quod est procul dubio ortum de eodem *fél*, radice prima, notabili cum incremento. *Az w azzonyallaty felekezetek elvalták termyzeteknek iarasat* (D. viij.). Eorum genus foemineum mutarunt naturae suae cursum, pro *eorum foeminae*, vt Paulus habet.

§. 13.

Si alterum *fél*, dimidii significatione, reuera et fratrem, propinquum, necessarium, amicumque valeret; Hungarus hac compellatione, *felem*, dimidium meum, omnino energice loqueretur, prorsus Horatiano illo affectu: *ah! te meae si partem animae rapit maturior vis, quid moror altera?* Et viget certe apud vulgum: *te lelkem' fele*, tu animae meae dimidium; idque, vt breuitate sua concinnum, ita etiam energicum.

In quo reuera *fél* alterum auditur. De hoc ipso deductum est profecto vox *feleség*, coniux, vxor. Affixum formatiuum *ség* respondet Latinorum terminationi *tas*, et *tudo*, ex. gr. suauis, *kedves*; beatus, *boldog*; assumtis terminationibus, eodem valore, vtrinque sic sunt: suauitas, *kedvesseg*; beatitudo, *boldogság*. *Feleség* ergo, seu coniux, apud nos *dimidietas* dicitur: apposite sane, alterum nempe coniugatorum dimidium; et hoc propius est Latino *coniux*. Iam in voce *fel-e-ség*, sic deriuata, vel potius composita, vocalis *e*, ante affixum formatiuum *ség*, est tantum euphoniae caussa interiecta. Non fert nempe lingua nostra asperiores consonantium concursus: eos itaque, in deriuatorum, et compositorum formationibus, emollit intersertis connectentibus vocalibus congruis. Sic in vocibus *bölts*, sapiens; *ſzüz*, virgo; *veſzt*, perdit; *nyér*, lucratur; affixum *ség* recipit connectens *e* euphonicum: *bölts-e-ség*, *ſzüz-e-ség*, *veſzt-e-ség*, *nyer-e-ség*; sapientia, virginitas, impendium, lucrum: ea reiecta durior esset pronunciatio: *bölts-ség*, *ſzüz-ség*, *veſzt-ség*, *nyer-ség*. Talia sunt et ista cum duris vocalibus: *társ-a-ság*, *gyors-a-ság*, societas, velocitas, pro *társ-ság*, *gyors-ság*. Allusio est, non genuina euolutio etymologica, illa vocis *feleség* explanatio, vulgo nota: *fele segítség*, dimidium auxilium, dimidia opitulatio, vt esse debet coniux, adiutorium simile viro iam in creatione datum.

§. 14.

Vxorem significat et *nö*, sed quo solo et separato iam dudum non vtimur. Eadem radix *nö*, crescit, et verbum est, quod et hodie viget; et substantiuum fuit olim, vxorem significans, certe quod vxor sobole cresceret. In Cantoribus nostris, ab Heltaio Claudiopoli editis, memini me legisse: *a' királynak neje*, regis vxor. *Nö* nempe ita assumsit affixa pronomina, *neje*, *neјed*, *nejem*, uxor-eius, vxor-tua, vxor-mea; vti *vö*, gener, *veje*, *vejed*, *vejem*, gener-eius, gener-tuus, gener-meus, quae sunt et hodie in vsu. Quid impedit hoc modo resumere et vxoris vocabulum? praesertim, cum in compositis eo vtamur, vocali *ö* in *é* mutata: *Kováts Pálné*, *Szép Gáborné*, *Szarka Antalné*; quae Latine retrograde enunciata haec valent: vxor Pauli Kováts, vxor Gabrielis Szép, vxor Antonii Szarka: deinde *királyné*, *bíróné*, *vargáné*; regis vxor, iudicis vxor, sutoris vxor. Eadem cum affixis pronominibus secure dixerimus: *Kováts Pálnak a' neje*, *Kováts Pál' neje*, etc. *Királynak a' neje*, *a' király' neje*, etc. His ita elucidatis, patet, perperam dici puellam non maritatam *ſzakátsné*, pro coca: nam hoc proprie *coci vxor* est; dici oporteret *ſzakáts leány*, puella coctrix, quae coquit. Pariter non apta sunt et similia: *mosóné*, *varróné*, pro lotrice, sutrice: nam ista valent lotoris vxorem, sutoris vxorem; non ipsam foeminam, quae lauat, quae suit, et cuius maritus nihil ho-

rum facit. Rectius dicerentur similia addito *aſz-ſzony*, foemina; *mosó aſzſzony*, *varró aſzſzony*.

§. 15.

A radice *nö* ortum est verbum *nöſzöm*, *nö-ſzöl*, *nöſzik*, neutrum formae passiuae: *vxorem duco*, *vxorio*. In quo *ſz*, inter radicem *nö*, et *ik* pronomen tertiae personae, *nö-ſz-ik*, intermedium, est vetus formatiuum verborum *eſz*, geminum formatiui *ed;* sicut in verbis *tet-ſz-ik*, apparet; *beteg-ſz-ik*, aegrotat; *harag-ſz-ik*, irascitur; sed in his per rcliqua tempora euanescens. Pro *nöſzöm* hodie magis in vsu est *házasodom*, etiam *házaskodom*, etsi minus apposite. Nam *házas*, vnde hoc verbum deriuatur, est *domum habens:* proinde *házasodom*, et *házaskodom*, proprie hoc significat, *occipio domum habere*. Quod tamen non semper verum est, vt is, qui vxorem ducit, et domum habeat: nisi domus pro familia, siue sobole nascitura, sumatur. Apud veteres frequentius est verbum *nöſzöm*. Gabriel Pesthius habet in Aesopi Fabulis: *Megtezde wala ewzijlnij, hogij meg newzet*; incepit canescere, cum uxorem ducebat. Ab eadem radice sunt: *nös*, vxorem habens, maritus; *nöstény*, foemella, quod plerumque animalibus additur ad generis discrimen: *nöstény madár*, auis foemella; *nöstény bárány*, agna; cui opponitur *hím*, mas, masculus: deinde *nötelen*, innubus, caelebs; *nötelenség*, caelibatus.

§. 16.

Felebarát, vox composita, ex *fél*, aut *fele*, nomine, praesertim in primordiis, vocali increscente, eoque vere Hungarico, et *barát*, Slavicae originis vocabulo, iam dudum recepta, et hodiedum vsu retenta, exprimit nobis fixa significatione *proximum*. Certe iam Komjáthii aetate, vt supra vidimus (§. 11.), notior fuit, quam *közelem*, *közeled*, *közele*: siquidem is haec per illam alteram, parenthesi interiectam, explicare velle videatur. Cum *felem* exolescere coepisset, *közelem* vero minus accommodum putaretur, et *barát* solum sumtum amplius proximo significaret, amicum nempe ex communi acceptatione (§. 9.), quod non cadit in quemque proximum: placuerit sane maioribus nostris, vt tamen proximum fixo vocabulo exprimerent, huic vsui compositum *felebarát* consecrare, ac ciuitate donare.

ZUMTUCHEL.

§. 17.

In vetusto hoc manuscripto *u* vocalis, modo pro *o*, modo pro *ö* sumitur. Itaque *zum* probe lectum est *ſzöm*, oculus. De *z* me neque loqui oporteret, id hic pro *ſz* sibili acuti litera esse: cum huius exempla apud Scriptores nostros occurrant quam cumulatissima: qui *ſz* nondum norunt, sed pro eo *z* sumserunt perpetuo. Ex vetustioribus, vt aliquos memorem, Komjáthius ita haec scripsit: *aʒʒony*, *ʒýu*, *ʒenth*, *tyʒen*, *ity-*

lendez, quae sic legenda esse nemo dubitat: *aſzſzony*, *ſzív*, *ſzent*, *téſzen*, *itélendeſz*. Pesthius: *zegen*, *zolga*, *ewzijlnij*, *newzijk*; quae more nostro sic lego: *ſzegény*, *ſzolga*, *öſzülni*, *nöſzék*. Draskovitsius: *zeplew*, *zewrzeth*, *bezed*; lego, *ſzeplö*, *ſzörzet*, *beſzéd*. Marosvásárhelyius, paulo superior Pázmáno, aeque non adhibuit combinatam *ſz* literam, in Euangeliis certe, et Epistolis, adnexisque Meditationibus: ita proinde scripsit in his perpetuo: *zabad*, *kereztyen*, *zöleye*; lego, *ſzabad*, *kereſztyén*, *ſzöleje*. Superstitiose inhaerent Literis Nobilium, ceterisque prisci aeui Documentis: qui scripta in iis nomina, *Zarka*, *Zilay*, *Zerdahel*, et hodie sic pronunciant; cum ea nunc, vnde ista sumta sunt, sic constanter proferamus: *ſzarka*, pica; *ſzilaj*, petulcus; *ſzerda*, dies Mercurii.

§. 18.

Meliores Grammatici triplex notant in lingua nostra et *a*, et *e*. Primum *a* est purum ac breue, ex gr. *alatt*, sub. Secundum aeque breue, sed soni paulo obscurioris, medii inter breue *a* et *o*: quare etiam vulgo in *o* migrat, praesertim in fine vocum: *volna*, *irna*, etc. cumprimis Transdanubiani, etiam cum scribunt, passim ita exprimunt, *volno*, *irno*, etc. esset, scriberet, etc. Tertium est *á* acutum ac longum, quod nunc accentu acuto solemus notare, olim plerumque geminabatur: *maas*, *iraas*, alter, scriptio, hodie *más*, *írás*. Ioannes Siluester vsus est

lineola horizontali superne inscripta, **mās, irās**. Ita et *e* primum est purum ac breue. Secundum itidem breue, sed soni aliquantulum obtusi, proximum breui *ö*, in quod etiam transire amat, maxime in monosyllabis, et in fine vocum: ex. gr. *nöm*, *embör*, non, homo, loco *nem*, *ember*. Codex MS. Transl. Bibl. tertiam personam singularem praeteriti primi, seu imperfecti temporis in modo indicatiuo, constanter ita exhibet: *fiat fzülö*, filium peperit, pariebat, pro *fiat fzüle*; quandoque et alia, ex. gr. *ő tölö*, ab eo, pro *ő tőle*. Tertium est *é* acutum ac longum, quod hodie accentu distinguitur acuto, soni singularis, medii inter *e* et *i*: quo fit, vt imperitiores pro *é* passim *i* ponant: *fzip*, *fzipsig*, etc. pro *fzép*, *fzépség*, pulchrum, pulchritudo. Immo et Ioannes Siluester, ob nimiam harum vocalium vicinitatem, idem omnino *i*, saepissime solum, quandoque arcu exiguo superne imposito, ĭ, coepit pro *é* acuto vsurpare. Occurrit pro hac vocali apud veteres modo *i*, modo *y*, saepe geminatum *ee*, non raro et *ę* inferne vncinatum. Praetereo recentiora quorundam somnia, de quarto etiam *a* et *e*, cui discrimini et signa quaedam obtruduntur feruore iusto aequiore. De his loquar alibi multo opportunius.

§. 19.

Modo hoc, quod ad rem facit, prosequor. Secundum illud *e*, breue, et obtusum, multi et

hodie in ŏ breue mutant. Obseruaui hoc cumprimis apud Transdanubianos fieri. Veterum autem exempla tam sunt copiosa: vt in plerisque nullam reperias paginam isto *ö*, pro obtuso *e*, non refertam. Sed eo omnium maxime abundare mihi videtur Draskovitsius. Habet ille passim: *bennewk*, *az uenewkben*, *zewmely*, *emberewk*, *newekewdes*, *tewkelletews*, *kewwetkewzyk*: lego *bennök*, in iis; *az vénökben*, in senibus; *szömély*, persona; *emberök*, homines; *neveködés*, incrementum; *tökélletös*, perfectus; *követközik*, sequitur. Codex MS. Sermonum Sacrorum de B. V. Maria aeque exhibet talia: **myelkevdet, elmelkevdes, melsegevket, kevuetkevzyk, tevkellesessegevkkel**: lego *müelködet*, operatio; *elmélködés*, meditatio; *mélységöket*, profunditatem-eorum; *követközik*, sequitur; *tökélletességökkel*, cum perfectione-eorum. Omitto ceteros. Valet hoc certe apud nos ad vitandam monotoniam, in hac cumprimis vocali *e*, qua sermo noster maxime abundat. Ostendit hoc Varjasius, Professor olim Debretzinensis, in sua Veri Nominis Elegia: quam satis prolixam, nulla vi linguae nostrae illata, neque sensu intorto, sponte fluentem, ex meris vocibus vocalem *e* sonantibus feliciter concinnauit. Miscuit hoc *ö*, vocalem nempe oris rotundi, neque ingratam veris Hungaris, etiam Tinodius: atque ipsum hoc vocabulum *szöm*, oculus, ita ille perpetuo exprimit. Adduco exempla quaedam ad probandam lectionem

meam. *Elveue haidukrol irgalmas ſzömijt* (H. 2.). Auertit a velitibus misericordes oculos suos. *Ez igyemben, kit ſzömönmuel iol latoc* (b. 4.). In hac caussa mea, quam oculo meo bene video. *Io Prini Peterről ö ſzömbe lőt vala* (I. 1.). Bono Petro Prinio is in oculo (*obuiam*) factus est.

§. 20.

Iam probanda est et affixi pronominis ratio, *ſzömtökkel*. Secundae personae affixum pronomen singulare *ed*, tu, tui, habet plurale *etek*, *d* in *t* primigenium redeunte, vos, vestri, vestrum: quod fusius doceo in Elaboratiore Grammatica mea. Hoc *etek*, vocalibus congruenter mutatis *atok*, *otok*, *ötök*, nominibus affixum amat, hodie cumprimis, et primam vocalem suam retinere: olim vero, vt voces cum syllabarum compendio contraherentur, sicuti cum verbis, ita etiam cum nominibus iunctum, eam absorberi patiebatur; quin aspera videretur pronunciatio, vti nobis hodie videtur, quia vocalioribus adsueuimus. Codex MS. Transl. Bibl. prae ceteris abundat huius rei exemplis. *Bün-tök*, peccatum-vestrum; *tü beſzéd-tek-re*, ad sermonem-vestrum; *tü hely-tek*, locus-vester; *tü akarat-tok-ban*, ad arbitrium-vestrum. Occurrunt talia apud Tinodium. *Ez-tők-be vegyetek;* Animaduertite: *Vagyon remenseg-tőc;* Spem habetis (I, 1.). Hoc igitur modo est et in nostro manuscripro *ſzöm-tök-kel;* absorpta scilicet, non vero re-

centa priore vocali, *fzöm-ö-tök-kel*; vel, vt hodie purius proferre videmur, *fzem-e-tek-kel.* Ad quam normam et illa superiora sic hodie efferuntur: *bün-ö-tök*, *tü befzéd-e-tek re*, *tü hely-e-tek*, *tü akarat-o-tok-ban*, *efz-e-tök-be*, *reménység-e-tek.* Illud praeterea notandum adhuc habeo: *fzömtökkel* rem singularem valere, a pluribus possessam, proprie *cum oculo vestro*; in quo ablatiuus instrumenti, Latinis absolutus, pro linguae nostrae indole exprimitur adhibita postpositione *cum.* In plurali sic esse deberet, *fzömeitökkel*, id est *cum oculis vestris*, oculis vestris. Habent nempe hoc peculiare Hungari: vt ista membra, licet bina adsint, proinde plurali numero essent exprimenda, tamen singulari tantum vsurpent: *fzememmel láttam*, cum oculo meo vidi; *fülöm' hallattára*, ad auris meae auditum: pro his, *oculis vsurpaui*, *ad auditum aurium mearum*, id est, me audiente.

§. 21.

Illud autem sponte intelligitur: in hac voce *zumtuchel ch* duo *kk* valere, propter postpositionem *vel*, cuius *v* migrare solet in consonam vocis, cui affigitur. In duabus vero aliis vocibus idem *ch* est pro simplici tantum *k*: *turchucat*, *iochtatnia*, lego *torkokat*, *ioktatnia.* Sed ipsum hoc *ch* in vetusto hoc monumento sumtum est et pro solo *h*, procul dubio propterea, quod sonus eiusdem *h* in lingua nostra, fortiore olim ad-

spiratione, densiusque, ac magis ex gutture exprimi consueuerit, illo fere modo, quo Graecorum χ (*chi*), quam literam Latini per *ch* scribunt, ex. gr. *chaos*, *charon*, *chrysoma*, et densiore efferunt spiritu, quam suum *h*, aspero Graecorum spiritui (ʽ) aequiualens. Voces autem in hoc manuscripto, in quibus *ch* pro *h* scriptum occurrit, sunt sequentes quatuor: *chomuv*, *choltat*, *azchuz*, *charmul*; quas ita lego: *hamuv*, *holtát*, *azhoz*, *harmúl*. Et haec est caussa potissima; quare et ego in iis versibus meis, quos more Graecorum ac Latinorum ad pedes coepi exigere, *h* literam nostram, etiam Ioannis Siluestri exemplo inductus, pro consonante potius, fortiore vtpote spiritu, Graecorum *chi* proximo, quam pro leni aliqua adspiratione, qualis fere est Latinorum *h*, sumserim, sumendumque putem. Sed de his plura alibi. Ex Siluestro vnicum adduco huius exempli pentametrum:

Kit haǵa, hoǵ halgas, kit haǵa, hoǵ te kóues.

§. 22.

Quin ego facile crediderim, fuisse olim apud maiores nostros literae *h* sonum, et leniorem, et densiorem, vsque dum ad *k* quasi gradatim adscenderet, ex. gr. *há*, *chá*, *ká*. Quemadmodum apud Hebraeos, non duas, sed quatuor dari literas adspiratas, certum est: א (*aleph*), ה (*he*), ח (*chet*), ע (*ain*), vsque ad כ (*caph*) et ק (*koph*), vtrumque soni *k*, alterum lenioris, al-

terum durioris. In his *aleph* est leni Graecorum spiritui (ʼ) par; *he* aspero (ʻ); *chet* ex gutture prolatum; *ain* soni mixti ex ח (*chet*) et ג (*gimel*). Quae hic adnotaui, fere eadem leguntur in Grammatica Hebraea Ioannis Seuerini Vateri. א (*aleph*), ח (*chet*), ע (*ain*), simili modo, vt ה (*he*), ex gutture protrudebantur, et ח (*chet*) est a כ (*caph*), nostro *ch*, prorsus distinctum. Est nempe *hh*, *gh*, *chh*, vel *kh*. ע (*ain*) est fortior tonus gutturalis, quam ipsum ח (*chet*): et est cumulatus vsus talium fortium tonorum gutturalium orientalibus propius. Confirmat vero opinionem meam linguarum Fennicae originis contemplatio, cum nostra admodum affinium, et olim eiusdem certe incunabili. Apud Fennos et Lappones reperio voces non paucas, prorsus nostras, et pronunciatione, et significatu: nisi quod *h* nostrum initiale in aliquibus in *ch*, in pluribus autem in *k* mutatum sit. Apud Fennos, nostrum *hal*, piscis, est *chala*, et *kal*; nostrum *hurltom*, castigo, est *curitan*. Deinde apud Lappones, nostrum *halál*, mors, est *halal*, et *kalol*; *hold*, luna, est *hald*, et *kald*; *három*, tria, est *holma*, et *kolma*; *hat*, sex, est *kot*; *hatod*, sextus, est *kotad*; nostrum *hall*, audit, illis *kullet*, audire, omissa infinitiui terminatione *kull*, audit. Etiam Esthonibus nostrum *hal-ni*, mori, est *kol-ima*. Et in iisdem vocibus nostris, quae hic inter Lapponica cum *k* initiali recurrunt, quare Scriptor Allocutionis *h* nostrum

hodiernum potius per *ch* expressisset; nisi id olim soni fuisset densioris, qui fere ad *k* accessisset; quod et vox *zumtuchel*, bis eodem modo per *ch* scripta, satis prodit? Deinde lingua nostra, tam multiplici sono praedita, cum plures habeat literas, praesertim consonantes, sono, ex denso in leniorem descendente, inter se differentes: habuerit certe et *h* tale, alterum densius, alterum lenius.

§. 23.

Sed expediamus vnum adhuc sonum in hoc manuscripto eiusdem *ch* in voce *zoboducha*, quam ita lego, *ſzabadótsa*. Habuit serius *ch*, apud omnes fere Scriptores nostros, diu, et constanter eum, quem modo expressi, hodiernae nostrae combinatae *ts* literae sonum, cum sibilo crasso. Itali sic *c* suum efferunt ante vocales *e*, et *i*, ex. gr. *dolce*, *felicitá:* item Germani suum *tsche* in voce *Peitsehe*, et *Deutsche.* Assumsit *ch* quandoque vel *i*, vel *y*, praesertim cum *a*, vel *o*, aut *u* vocalis sequebatur. Produco exempla ex Tinodio. *Kalachukual hagigalnac. Ninchen ſemmi ketſőgem. Chyac az igaz ſʒeretet kőztőc volna. Arczul iőnec az Chyehőc. Tudom bőlch feiedelmeknec erkőlchyőket.* Haec hodie ita scribimus. *Kalátsokval hagyigálnak;* Circulos proiectant. *Nintsen semmi kétségöm:* Nullum mihi dubium est. *Tsak az igaz ſzeretet köztök volna:* Modo vera charitas inter eos esset. *Artzúl jönek*

az Tsehök: In conspectum (*obuiam*) veniunt Bohemi. *Tudom bölts fejedelmeknek erköltsöket:* Noui sapientum principum indolem. Addo his aliqua ex Draskovitsio. *Kychynded gyermechkek. Im chyac tegheten mynemw kesertet volt. Az eghez test chyodalatos.* Ista hodie sic scribuntur. *Kitsinyded gyermetskék:* Paruuli pueruli. *Ím tsak tegeten minemö késértet vólt:* Ecce vel nuper cuiusmodi tentatio fuit. *Az egész test tsodálatos:* Totum corpus mirabile est.

§. 24.

Sonum hodiernae nostrae literae combinatae *ts*, cum sibilo crasso, expressit olim et *c* solum, ante vocales *e*, et *i*. Sunt huius exempla in nostro hoc manuscripto: *gimilcictul*, *gimilcetul*, lego *gyimöltsöktöl*, *gyimöltsétöl.* Alio positu quocunque, praesertim in fine vocum, quemadmodum et in hoc manuscripto videre licet, apud alios item Scriptores quam plurimos, idem *c* diu pro *k* fuit: et si *k* geminari debuit, eo quoque casu *k* prius per *c* expressum est, *ck*; quandoque posterius *kc*. Pro *c* in fine vocum sunt exempla in nostro manuscripto: *latiatuc*, *evec*, *gimilsnec*; etiam in medio, *muncas*, *zocoztia*; quae sic lego: *látjátok*, *evék*, *gyimöltsnek*, *munkás*, *szakasztja*. Pro *ck*, vt alios praeteream, exscribo exemplum ex Gallo Anaxio. *Eckeppen töt az Christus minket iamborocka es igazacka* (b iiij.). Haec modo ita scribimus. *Ekképen tött az Krisztus*

minket jamborokká, és igazakká: Sic fecit nos Christus probos, et iustos.

§. 25.

Confusus iste et vagus literarum, *c*, et *ch* vsus, modo pro *ts* sibilo crasso, modo pro *k* sumtarum, praesertim apud antiquiores, in memoriam reducit mihi vocem in Corpore Iuris Hungarici implicatam, et incertam: quam puto me feliciter eruisse. Is vero locus hic est. „De-„cretorum S. Ladislai Regis Liber III. Caput „XIII. De collectoribus rerum fugitiuarum. Re-„rum fugitiuarum collector, quem vulgariter „*Jókergech* dicunt, quidquid colligit, ad ciuita-„tem eiusdem Prouinciae congreget.“ Adiicitur hic nota in editione postrema. „Sámbóki h. l. „impressit *Joccerdech*, in Catalogo vocum inso-„lentium *Joccerdegk*, Vox modernis inusitata, „deriuata videtur ex *Jótkergető*, quod valet Dis-„quisitorem bonorum.“ Verum in Codice MS. Ilosvaiano, quem et ipse Sámbókius satis triuit, quemadmodum in Caesarea Bibliotheca Viennensi oculis vsurpaui reuera intentis, vox *collector* est in numero plurali, *collectores*. Hoc errore detecto, si in Corpore Iuris et reliqua ad pluralem ponantur, sensus erit accommodatior, et planior, spectata etiam voce *Joccerdech*, quae itidem pluralis est numeri, et ita scripta legitur etiam in Codice Ilosvaiano. „Collectores, „quos vulgariter *Joccerdech* dicunt, quidquid

„ colligunt, ad ciuitatem eiusdem Prouinciae con-
„ gregent.“ Hic in *Joccerdech*, et *cc* geminatum, et *ch*, scriptum est pro *k*, *e* vero postremum pro *ö*. Quibus ita reductis, si et vocales accentu notentur, ob oculos ponitur demum vox vere Hungarica *Jókérdök*, ex *jó*, bonum, et *kérdek*, quaero, inquiro, percontor, composita: quod ipsum fecerunt *Bonorum Disquisitores*. Quare lex ista sic esset restituenda: „ Rerum fugiti-
„ uarum Collectores, quos vulgariter *Jókérdök*
„ dicunt, quidquid colligunt, ad ciuitatem eius-
„ dem Prouinciae congregent.“

VOGMUC, UIMAGGOMVC.

§. 26.

Vogmuc lego *vágymuk*, *o* in *a* breue mutato, et *g* emollito. *Vagymuk* antiquum est pro hodierno *vagyunk*, sumus. *Vagy*, radix varians, *vaj*, *val*, euoluitur inter anomalas coniugationes in Elaboratiore Grammatica mea. Ea, ad formandam primam pluralem personam, accepit olim affixi pronominis *ém*, quod natum est de *én*, ego, plurale *emek*, nos, vocalibus congruenter mutatis *emük*, *amuk*, sed priore vocali absorpta, *mük*, *muk*; *vagy-mük*, *vagy-muk*, quasi *essentia-nos*, id est, *sumus*. Quemadmodum ad formandam secundam pluralem personam, et hodie assumit, et olim assumsit, eadem *vagy* radix affixum pronomen plurale secundae personae *etek*, quod

quod supra iam indicaui (§. 20.), vocali prima aeque absorpta, secunda vero sese accommodante; *vagy-tok*, quasi *essentia*-vos, hoc est, *estis*.

§. 27.

Pronomen *emek*, cum congruente vocalium mutatione *emük*, *amuk*, prima vocali absorpta *mük*, *muk*, olim, in forma indeterminata, constanter adhibitum fuisse, clare, euidenterque ostendit et alterum in vetusto hoc monumento verbum, *uımaggomuc*, quod sic lego, *vimádjamuk*, oremus. Radix proxima formationis est ipse imperatiuus *imád-j*. Huic, propter consonantium concursum ne durior esset pronunciatio, integrum accessit pronomen affixum, a vocali inchoans, *imád-j-amuk*. Quod fit in secundis quoque personis, in simili consonantium concursu: cuius exemplum est et in ipso hoc monumento, *keaſſatuc*, procul dubio sic legendum *keáss-atok*, vsu hodierno *kiált-s-atok*. Olim ergo, quod ex duobus his exemplis tuto inferre licet, in forma indeterminata, primae plurales personae, vt iam et mollium vocalium verba interseramus, certe sic erant: *kér-mük*, *ditsér-mük*, petimus, laudamus; *kér-j-emük*, *ditsér-j-emük*, petamus, laudemus; *kér-t-emük*, *ditsér-t-emük*, petiimus, laudauimus. Quae nos hodie, et dudum satis, ita efferimus: *kér-ünk*, *ditsér-ünk*; *kér-j-ünk*, *ditsér-j-ünk*; *kér-t-ünk*, *ditsér-t-ünk*: eodem quidem pronomine plurali radicibus adiecto, sed con-

tracto, secunda nempe vocali expuncta, *emek*, *emk*; et primigenio *n*, quod est consonae *k* amicius, restituto, *énk*; demum et vocali congruenter mutata *ünk*, et *unk*. Sed de hoc loquemur et alibi in explanatione vocis *ysemucut* (§. 63.).

YSA, ISA.

§. 28.

Voculam *yſa*, vel *iſa*, quae vtroque hoc modo scripta occurrit, idem valere, ac *certe*, *vere*, *profecto*, ex ipso contextu clare intelligitur. Hanc ego sibilo acuto putarem legendam esse, ad imitationem soni in voce Turcica *iſzſze*, cuius significatio affirmandi est. Et istam quidem olim communem cum Turcis habere potuimus: qui, vt Historici quidam volunt, et origine cum iis communi sumus; et multa vel hodie nostra apud illos supersunt vocabula. Congruit et Esthonicum *wisſiſt*, Hupelio interprete *gewiſs*, *wahr*, certe, vere; etiam Lapponicum *wiſſaſt*, certo; vtrumque, *w* halitu (iuxta §. 106.), et *st* literis, quae his gentibus, ablatiuum, et aduerbium formant, resectis, *isſi*, et *iſſa*, aeque acute sibilans. Quia tamen nulla occurrit in hoc manuscripto pura vox Hungarica, in qua litera *s* acuto sibilo esset pronuncianda: vocem *isa*, olim certe Hungaricam, hic cum litera sibili asperi toties recurrentem, ipse etiam in lectione mea potius aspere enunciandam scripsi. Et sibili exi-

gua differentia communem originem non conuellit. Nam, vt mihi videtur, tam nostrum *isa*, aspere sibilans, quam Turcarum *iſzſze*, et Esthonum *wisſiſt*, Lapponumque *wiſſaſt*, singula altius repetita, satis claram ostendunt originem deductam a primigenia lingua: cum et Chaldaei verbum habeant יַצִּיב (*jatzib*), sibilo tenui, in forma PIEL *verum sciuit, cognouit:* quod ipsum adiectiui valore est *constans, firmus, certus;* idem substantiue sumtum *stabilitas, certitudo, veritas;* et cum praepositione מִן (*min*), מִן יַצִּיב (*min jatzib*), iam aduerbium reddit, *certe, vere, reuera, profecto.* Sed nostri maiores, ceteraeque gentes affines, hoc quoque, vt multa alia, retrograde pronunciarunt, *bitza.* Deinde *b* in *v* mutato, in eiusdem scilicet organi literam, sibiloque acute sonante, *viſſa* dixerunt, praeter nostros, huius certe monumenti aeuo: quando et *v*, vt halitus signum, neglectum est; et sibilus asper adhibitus, *isa.* Puto autem non me coniectura falli: in alia nostrae gentis dialecto, latius sese extendente, et ad nos vsque propagata, eandem radicem simpliciorem, et retenta *b* litera, et sibilo leni, in vsu fuisse, *biz*, eadem affirmandi significatione. Auditur hoc in vulgo et hodie: *nem teſzem biz én*, id quidem ego non faciam. Accessit illi postea *ony* terminatio, quam dudum habet, *biz-ony;* vt est eadem adiecta nonnullis aliis, ex. gr. communi semini *tat*, quod apud Esthones *mucum* valet, *tat-ony*, et *t* altero

F 2

in *k* abeunte (iuxta §. 76.), *tak-ony*, eadem et nobis *mucsi* significatione.

§. 29.

Sed, quid si alterum illud, nostri monumenti vocabulum *isa*, ex eius dialecti vsu, in qua id viguit, densiore, quam scriptum est, legi debet sibilo, *izsa* nempe. Hoc quidem sono eadem vox et hodie auditur in vici nomine *Izsa*. Haec possessio a stabilitate dicta fuerit olim *certitudo*; vel a Domino id nominis acceperit, cui cognomen ab adiectiuo *Verus* adhaeserit. Quemadmodum et *Bults*, itidem vici nomen, si non ab ipso Duce *Bults*, quem, indignum hoc nomine, ob crudelitatem, effusumque sanguinem, merito *Vér-bults*, Sanguinis-missorem, puto serius nominatum fuisse, hodie esset *vér-botsátó*, certe ab alio aliquo, qui pulchrum hoc *Indulgentis* cognomen habuit, compellationem suam olim accipere debuit. Et vicorum quidem nomina, vere Hungarica, habent plerumque omnia significatum aliquem, olim in vulgi sermone notum, et vsu frequenti adhibitum; vel adiectiui, vel substantiui. Et vigent in iis superstites radices, licet ob interruptum vsum iam exoletae, ex deriuatorum tamen significatu pleraeque satis clarae. *Táp*, alimentum, et nutrimentum, aptum sane vici nomen, vnde scilicet ista suppeditari solent. Hoc autem valere palam est ex deriuato inde verbo *táplál*, alit, nutrit; quod adiecto af-

fixo formatiuo ita prorsus natum esse facile quisque aduertet; vt a *szám*, numerus, verbum *szám-lál*, numerat, computat; a *szem*, oculus, verbum *szem-lél*, spectat, contemplatur, proprie, oculos, visum ad aliquid adhibet. Et in Castriferrei Comitatu quid vicus *Őr*, Seruientium, seu Nobilium, bellicis vigiliis, et excubiis intentorum Possessio? Inde verbum *örzök*, excubo, custodio, cum cumpluribus deriuatis aliis. Non pauca horum, quid proprie valeant, euolui possunt ex lingua Hebraea, aliisque Orientalibus. Et certe, quo altius regredimur, eo copiosiora inueniuntur in lingua nostra vocabula, Orientalibus cognata, ex vsu vtique horum in primis cunabulis et nobis communi. Inter vocabula Hungarica Hebraicis, Chaldaicis, Syriacis, et Arabicis cognata, quae collecta, et euoluta, magno numero exhibeo Volumine singulari, recurrunt et vicorum nomina, ipsis non fortuito, neque sono inani, sed ex re, et cum significatione imposita. Quaedam eorum et hic adduco. *Aba* est desiderium, et voluntas; *Adony*, fulcimen, et sustentatio; *Bagota*, perfidia; *Bán*, *Bänk*, *Bana*, aedificium, structura, domus; *Báth*, pernoctatio, mansionis locus; *Báta*, securitas; *Tzaba*, militia, exercitus; *Tsaba*, habitaculum, habitatio; *Gyarák*, aestimatio; *Kál*, *Káló*, possessio propria, haereditario iure occupata, haereditas; *Keszi*, pratum, aut gramen ita resectum, vt radices relictae, et pluuia rigatae, germinent;

Makó, locus paratus, sedes certa; *Mór*, dos, donum sponsalitium; *Náva*, locus bene, ac libenter habitandi, aut commorandi, bona habitatio; *Nyír*, nouale, rus nouum; *Rum*, altum, excelsum; *Sütő*, diuerticulum, diuersio; *Szanad*, reclinatio; *Szokol*, mors, perditio; *Túr*, exploratio.

MILOSTBEN,
BRATIM, TIMNUCEBELEVL, PUCULNEC.

§. 30.

En voces peregrinas leui mutatione quomodo nostras fecimus! *Malaszt* quidem, vt nos ore iam vere Hungarico pronunciamus, pauci nostrum crediderint Slauicae esse originis. Hic vero prodit vocem rudis adhuc scriptura, in prima sua forma auita, vt ex ore Slauorum recenter audita et excepta est, non mutatam, ori Hungarico nondum accommodatam, *milost*; et quae eam sequuntur in hoc manuscripto, *brat*, *timnuce*, etiam *pucul*; quamquam hoc postremum aliquanto iam aptius per vocalium dispositionem ex *peklo*. *Brat*, nostra iam ciuitate donatum, serius magis vocale redditum est, *barát*. *Timnuce*, vt hodierni pronunciant, *timnitze*, praeter vocalium mutationem, pro *n* substituit *l* consonam, ore iam Hungarico prolatum, *tömlötz*. Sed gratiam miror certe non potius per *kegy* fuisse expressam: cum huius radicis elegans et hic recurrat deriuatum, verbum *kegyed*, gratiam facit. Qui

kegy vel hodie respuunt, illi ne Párizpápaium quidem inspexerunt: apud quem ad hanc voculam significationes adscriptae leguntur, *suauitas*, *gratia*. Sed hos et analogia iuuare posset. Sunt nempe deriuata *nemes*, *kedves*, *hegyes*, ex *nem*, genus, *kedv*, gratia, fauor, *hegy*, mons. Est vero *kegyes* hodiernum prorsus tale; ergo est et radix *kegy*; vox sono mollis, quam etiam monosyllaba breuitas mire commendat. His inductus, non dubitaui *Gratias*, Deas in Mythologia, in Scriptis meis Poeticis Hungarice *Kegyek* dicere, quandoque etiam *Kegyszüzek*. Ex eodem *kegy*, accedente secundae singularis personae pronomine affixo, viguit olim *kegyed*, tua gratia, Germanice deine Gnade, pro hodierno *kegyelmed*, a *kegyelem*, eiusdem radicis deriuato, dominos, et praestantiores compellandi formula. Docet hoc superstes et hodie contractum ex eo *kéd*, etiam *kénd*, *gy* ante *d* in *n* mutato, ex *kegyd*; quod vsu nimio iam euiluit, et tantum apud plebeos adhaesit, succedente illi altera compellandi ratione, quasi amplius aliquid significante, *kegyelmed*: quae, licet pulcherrima sit, aeque tamen iam fastidium experitur degenerum ab auito more nepotum.

§. 31.

Quod quidam, nimio sermonis patrii amore abrepti, iusto vehementius contendunt; voces apud nos peregrinas, praesertim Slauicas, non

dari; et, quae eaedem apud Slauos reperiuntur, has potius ab Hungaris ad Slauos migrasse: iste quidem furor est, et vicissitudinum ignoratio; quas gentes, praesertim minores maioribus intermixtae, temporum successu, non leues subire consueuerunt. Verissima est Ioannis Tsétsii nota in Appendicula, de Etymologico Hungarico, Párizpápaii Dictionario adiecta. „Voces bene mul„tas Hungari, in regione recenter occupata hospi„tes, acceperunt ab antiquis Pannoniae siue Hun„gariae incolis, Seruiis, Croatis, Slauis, et vi„cinis Polonis. Quales sunt nomenclaturae ani„malium, vtensilium, et variorum instrumen„torum, quibus iam domi vtebantur istae na„tiones." Faustus Verantius, Secretarius Aulicus, et Electus Episcopus Tsanádiensis, in suo Quinque Linguarum Dictionariolo, iam anno 1592 Venetiis edito, voces a Dalmatis mutuatas notauit tercentas, et amplius. In Magna Grammatica Debretzinensi est copiosus satis Elenchus Vocum nominatim Slauicae originis, praeter Elenchos alios, aeque amplos, vocum ab aliis gentibus acceptarum. In Pauli Beregſzáſzii Opere de Similitudine Linguae Hungaricae cum Orientalibus, inter multas aliarum gentium voces, proferuntur Bohemicae, a nobis adoptatae, bene numerosae. Hos superare contendit, et diligentia, et copia, Samuel Gyarmathius in exscriptis vocabulis Slauicis: quae iunxit Operi suo de Affinitate Linguae Hungaricae cum Linguis Fennicae Originis.

Et restare adhuc non pauca, quae istorum solertiam effugerint, facile crediderim. Mihi certe suspecta est vel illa vox nostra, qua *auctionem*, *subhastationem*, *venditionem sub hasta*, vulgo appellamus *kótyavetye*. Ab Illyriis videtur mihi arrepta esse ex ipso huiusmodi auctionis actu clamoso, et interrogatione multum repetita: *ko otye vetye*, quis vult maius, seu plus, subintellige, dare. Largior tamen aliquid et illis, qui pro patrii sermonis puritate tantopere pugnant: euenisse scilicet et hoc, sed in paucis admodum vocabulis; vt istae gentes vicissim a nobis quaedam acceperint. Et haec ea sunt indole, vt originem Hungaricam manifeste praeseferant. Obseruo multa praeterea, vtrisque communia, ad vtrosque ab aliqua, altiore, et communi olim origine, propagata esse. Neque illud dissimulare possum, in multarum vocum originatione, vt Slauicae probentur, violentum adhiberi detorquendi conatum. Atque vt hoc vitiosum est, ita peregrina nihilominus, vt iam dixi, dudum adoptata, et copiosius diffusa, nemo sanus, et rerum gnarus, inficias iuerit.

§. 32.

Bene vero monent Debretzinenses in Magna sua Grammatica: quod tantam adoptauerimus vocum peregrinarum copiam; ac nostra proinde lingua Asiatica paucis constet primigeniis vocibus: ea de caussa nos pudore suffundi non opor-

tere. Quemadmodum, et Romanis, et Anglis, et Gallis, et Germanis, ceterisque, pudori non est, neque esse potest; sermonem patrium tot peregrinis vocibus refertum habere. Hoc enim pudore nobis inepte offuso, earum certe rerum nos puderet: de quibus nos potius gloriari deceret. Linguam nempe nostram esse vetustissimam, procul dubio prima illa natorum hominum aetate simplici ortam: quando nullae adhuc erant artes, nulla commercia, nulla noua inuenta. Et gentem aliquando nostram eo fuisse statu; in quo sola sibi abunde suffecerit, immunis rerum multarum desiderio vitam degere potuerit, aliarum gentium auxilio ad domesticam beatitatem non eguerit. Atque ita sane multo praestabilius est: morem maiorum nostrorum et porro sequi, accommodatisque iam ad vsum nostrum vocibus peregrinis datam ciuitatem promto gratoque animo concedere; quam voces inficetas, non ad indolem linguae effictas, ingrato nisu obtrudere. Commendo ego et illud studium; vt, vetustorum reliquiis sollicite euolutis, voces, quae incuria et socordia nostra iam magnam partem nos fugiunt, diligentius erutas postliminio restituamus; diuitias in iis nostras, quae certe copiosae sunt, et genuinas cumprimis patrii sermonis virtutes, illecebrasque omnes, penitius pernoscamus. Harum luce, ac multiplici varietate, illa quantacunque adoptatarum vocum nubes, nobis paulo iniquius exaggerata, vtique et do-

mestici soni imitatione ab originibus suis iam multum mutata, plane Hungarica reddita, tota feliciter euanescet. Sermó certe noster, Asiatica sua energia, compendiorumque concinnitate, et variorum sonorum iam mollitie, iam grauitate, futurus est perpetuo singularis, et dignus aliarum gentium admiratione.

MILOSTBEN, PARADISUMBEN, IOVBEN.
DEINDE
HALALNEC, MUGANEC, FOIANEC, PUCULNEC.

§. 33.

Offendit in voce *miloſtben* inauditus hodie vsus postpositionis *ben*, qui postea recurrit in vocibus *paradiſumben*, *iovben*. Insolens est datiui casus formatiuum *halalnec*, *muganec*, *foianec*, *puculnec*. Et Debretzinenses quidem in Magna sua Grammatica clare pronunciant, his linguae nostrae soloecismis, pro quibus hodie habentur, inducti: Scriptorem huius monumenti Hungarum non fuisse: quibus, vt eodem loco videre licet, neque aetas manuscripti probatur. Sed ad remotam huius documenti aetatem confirmandam, siquid ego video, haec ipsa, vt modo putamus, linguae nostrae vitia quam plurimum faciunt. Habuit nempe lingua nostra aeuum, quod certe admodum longe recidit; quo ista in vitiis non ponebantur; sed erant ad sermonis normam, tunc vsu receptam, accommodata. Et harum igitur

Allocutionum Scriptor, certe eius aeui, et se ad vsum tunc vigentem accommodans, fuit reuera Hungarus. Quae dico, ex sequentibus fient clariora.

§. 34.

Grammatici meliores, explicatis primis linguae nostrae apicibus, prius, quam ad nominum verborumque inflexiones, atque alias vocum deriuationes transeant, solent singularem apud nos vocalium affinitatem diligentius explanare. Hac spectata vocales apud nos triplicis sunt ordinis. Primi ordinis sunt, quas duriores vocant, *a*, *o*, *u*: secundi ordinis, quae molliores appellantur, *e*, *ö*, *ü*: mixti demum ordinis, *é* acutum, et *i*. Vocales durae, ac molles, eam tenent legem; vt in nominum verborumque inflexionibus, aliisque deriuationibus, affixa formatiua, affinem, congruam, hoc est, eius ordinis vocalem recipiant, cuius ordinis vocalis iam in ipsa radice sonat. Ex. gr. *bor*, vinum; *bor-os*, vinosus: *út*, via, iter; *ut-azok*, viam conficio, itineror: *per*, lis; *per-es*, litigiosus; *per-lekedem*, litigo. Vocales in radice mixti ordinis, modo duris, modo mollibus iunguntur, quod vsu discitur: ex. gr. *híd*, pons; *hid-at*, pontem: *víz*, aqua; *viz-es*, aquosus. Vocales mixti ordinis comparent promiscuae etiam in ipsis affixis praesertim possessionem indicantibus: ex. gr. *gond*, cura; *gond-om*, cura-mea; *gond-ja-im*, curae-meae; *kert*, hortus; *kert-etek*, hortus-vester; *kert-eitek*,

horti-vestri. Hanc vocalium affinitatem, quod ea semel rite explanata summam pariat inflectendi ac deriuandi facilitatem, merito Pereſzlényius, quasi quis clauim linguae Hungaricae nactus sit, adeo commendat memoria esse tenendam.

§. 35.

Sed huius legis vsus quam late se, et olim extenderit, et hodie extendat, puto paululum dispiciendum esse. In affixis formatiuis sunt quaedam, quae separata, et sola sumta, nihil significare putantur, praesertim asyllaba; adiecta vero radicibus harum statum determinent. In similibus ergo, et prisci tenebant constanter, et hodierni tenent vocalium affinitatem. Ex. gr. consona *t*, formatiua casus accusatiui, separata, et sola, vt vulgo dicitur, nuspiam est, nisi in literarum serie: ea, vt accusatiuum formet, nomini adiecta in consonam desinenti, quale sumo *tál*, patina, et *melly*, pectus; cum, sic sumta, propter euphoniam necessariam habeat connectentem vocalem; eam congruam, seu affinem, recipit, *tál-a-t*, *melly-e-t*. Sunt porro quaedam affixa formatiua: quae, et radicibus adhaerent ad definiendum earum statum; et separata, affixis tamen pronominibus aucta, sensum in constructione faciunt. Horum nos vocales, cum pleraque syllabica sint, dum ea radicibus iunguntur, constanter earundem radicum vocalibus accommodamus. Non item fecerunt veteres. Sunt

In his quaedam aperte nomina substantiua, vt *ſzer*, ordo, series. Pleraque vero ad postpositionum classem referuntur, origine sua et ipsa reuera substantiua, quod alibi opportunius euoluo: vt *nek*, datiui casus formatiuum; *ben*, in; *vel*, cum; *töl*, ab; *hoz*, ad; *nál*, apud; *ról*, de; *ra*, super. Haec separata, et affixis pronominibus aucta, manentibus propriis et primitiuis suis vocalibus, sensum faciunt: *nek-em*, mihi; *benn-ed*, in te; *vel-e*, cum eo; *töl-ünk*, a nobis; *hozzátok*, ad vos; *nál-ok*, apud eos; *ról-am*, de me; *reád*, super te.

§. 36.

Nomen substantiuum *ſzer*, numeralibus adiectum, hodie vocalem suam mutat. Ex. gr. primum in genere: *hány-ſzor*, quoties; *annyi-ſzor*, toties; non autem *hány-ſzer*, *annyi-ſzer*. Deinde in specie: *három-ſzor*, ter, non *három-ſzer*; *másod-ſzor*, secundo, secunda vice, non *másod-ſzer*; *hatod-ſzor*, sexto, sexta vice, non *hatod-ſzer*. Olim tamen posteriora valebant, et diu in vsu erant: *hány-ſzer*, *annyi-ſzer*, *három-ſzer*, *másod-ſzer*, *hatod-ſzer*, etc. In adducendis ad haec probanda veterum exemplis per aetates adscendam. Habet ista Speculum Poenitentiae: *Annyiſzer uijab ӧrӧmet érzek az én ſzűvemben* (F. 1.). Toties recentius gaudium sentio in corde meo. *Mind anniiſzӧr által hatta az ӧ ſziueket az faydalom* (F. 2.). Toties penetrauit cor eorum dolor. Ha-

bet Telegdius: *Vigandus ſzamtalanſzer hazutollya Georgius Maiort* (Part. III. pag. 353.). Vigandus innumeris vicibus mendacii redarguit Georgium Maiorem. *Harmadſzer, à mit Iduőzetőnkrűl ir ſzent Lukach* (Ibid. pag. 466.). Tertio, quod de Seruatore nostro scribit Sanctus Lucas. Non absimili ratione Gallus Anaxius: *Annyiſʒer ellene vethettyűk affele keſertetnec ezt e Chriſtus igeretet* (b. 1.). Toties obiicere possumus huiusmodi tentationi hanc Christi promissionem. *Maſodſʒer, mi inditotta őtet a' kinſʒenuedeſre. Harmadſʒer, mit ſʒenuedet Chriſtus* (b. iij.). Secundo, quid permouit eum ad patiendum. Tertio, quid passus est Christus. Codex MS. Sermonum Sacrorum de B. V. Maria, haec frequentissime et perpetuo ita habet: maſodʒer, harmadʒer, hatodʒer, nyolchadʒer. Vetustior Codex MS. Transl. Bibl. praeter ista, maſodʒer, harmadʒer, habet etiam vtolʒer, et vtolʒeren, vtrumque *nouissime* (In argumento Malachiae, et II. Machab. VII. 41.). Praetereo non paucos alios, vt ad reliqua progrediar.

§. 37.

Nota est particula *ség*, formatiua substantiuorum innumerabilium, ex adiectiuis potissimum, et verbis, significans in formatis suis, praecipue ab adiectiuis, eius rei copiam, et abundantiam, quam ipsae radices denotant. Haec Latine redduntur, sed non tanta cum energia,

terminatione *tudo*, et *tas*, ex. gr. pulchritudo, suauitas, *szép-ség*, *édes-ség*, quasi pulchri copia, suauis abundantia. Et haec particula, vel substantiuum potius, propter abundantiae significatum, vocalem suam *é* in formatis substantiuis, ex radicibus duriorum vocalium, et olim mutauit in congruam, et nunc mutat, ex. gr. *tiszta-ság*, puritas, *boldog-ság*, beatitudo. Quae ratio etsi seruata sit et in Codice MS. Transl. Bibl. attamen, si ex tali substantiuo adiectiuum porro formari debuit, particulae vocalis primitiua *é* eo casu restituta est. Fit hoc et hodie in *szer*, de quo supra iam alia dixi. Nam licet in similibus, *háromszor*, ter, *hatszor*, sexies, *nyoltzszor*, octies, mutetur eius *e* primitiuum in vocalem radici congruam: redit tamen illico, vtprimum ex his noua formantur adiectiua, adiecto *ü*: ex. gr. *háromszerü*, triplex; *hatszerü*, sextuplus; *nyoltzszerü*, octuplus. In memorato Codice MS. recurrunt ista: kazdagsag, opes, diuitiae; magassag, altitudo. Eadem tamen, vbi adiectiua sunt facta, primitiuam particulae vocalem *é* resumserunt. Melotosnac menden kazdagsegọ varosit kiviua (Iudith. II. 13.). Melothi omnes opulentissimas ciuitates effregit. Megtọrọ menden magassegọ varasokat (Ibid. 14.). Fregit omnes ciuitates excelsas. Adna het dragalatussegọ lanokat (Esther. II. 9.). Traderet septem puellas speciosissimas. Nos ista hodie sic dicimus: *gazdagságú*, *magasságú*, *drágalátosságú*, vel etiam *gazdagságos*,

gazdagságos, *magasságos*, *drágalátosságos*. Olim ergo neque *ség* mutauit semper vocalem suam.

§. 38.

Maiori euphoniae studio, postpositionis *vel*, Latine *cum*, hodie in affigendo non modo vocalem *e* in congruam mutamus; sed et consonam *v* in radicis, cui affigitur, consonam postremam abire cogimus, si ea in consonam desinat. Nam radicibus vocali terminatis affixa suum *v* retinet. Exempla pro casu primo sunt: *élet*, vita; *élet-tel*, non *élet-vel*, cum vita: *halál* mors; *halál-lal*, non *halál-val*, cum morte. Pro secundo autem: *epe*, bilis; *epé-vel*, cum bile; *árpa*, auena; *arpá-val*, cum auena. Vetustiores vero, et vetustissimi, quorum supersunt monumenta, plerumque omnes, etsi vocalem *e* mutauerint, non item *v* consonam. Adeo nimirum satagebant postpositionis, quae etiam non affixa, separata, affixo tantum pronomine aucta, in vsu esset, hanc saltem integritatem conseruare. Innumera sunt horum exempla. Precum Liber MS. etsi euphoniam saepius consectetur, cedit tamen non raro et alteri consuetudini: **Az regÿ torwenv el walo kornÿol meteltetes.** Circumcisio secundum legem veterem. **Zwzeseges emlodwel, edes teÿedwel elteted h.** Virginali vbere tuo, dulci lacte tuo nutriuisti. Komjáthius vero iam constantior est: *Egyebekethys onzolt rea bewseges adomaryual es fijzetesekuel* (In Dedicat.). Alios etiam incitauit

liberali dono, et solutionibus. Eandem rationem tenuit et Silvester: **Az megkereſztel titeket ſzent lilekuel es tüzuel** (Matth. III.). Ille vos baptizabit in Spiritu sancto; et igne. Tinodius autem consonae *v* fuit omnium tenacissimus: *Keſzűlnec Nemetőc Magyarual, ő nagy hadukual* (B. 2.). Apparant se Germani cum Hungaro, cum magno suo exercitu. Denique Katona Gelejensis, ne prolixior sim aliorum citatione, vel in Praefatione sua ita scribit: *nyelvekvel*, cum linguis; *egynéhányval*, cum aliquot; *űgyekezetvel*, cum conatu; *tekentéſvel*, cum adspectu. Paulus Medgyesius, huic Katonae coaeuus Scriptor, vocem paulo vehementiorem primus sustulit pro euphonia hic exactius seruanda.

§. 39.

Postpositio *vel*, quae apud Scriptores quoque *v* suum tamdiu retinuit, licet vocalem variauerit, apud vulgum tamen et hodie, in partibus Hungariae non paucis, etiam vocalem retinet immutatam. Transdanubiani, cumprimis Szaladienses, etiam Castri Ferrei, audiuntur certe et nunc similia dicere: *felnyesem én ezt kapável*, putabo hoc ego ligone; *késvel, kanálvel láss hozzája*, cultrum, et coclear adhibe. Quotidiana sunt haec et ad Matram montem in Comitatu Hevesiensi apud Palótzios, et partem aliquam in Neogradiensi. Et iidem nunquam secus norunt etiam numeralia proferre, quam retento integro

ſzer, post duras quoque vocales: *háromſzer*, *hat-ſzer*, *nyoltzſzer*; *harmadſzer*, *hatodſzer*, *nyoltzad-ſzer*. Quem morem vigere et in Hontensis Comitatus parte aliqua, praesertim ad Danubium vergente, in collimitio Strigoniensi, aeque certum est.

§. 40.

Quomodo vero haec, et Scriptoribus tamdiu adhaerere, et apud vulgum in hunc vsque diem tenacius durare potuissent, nisi ex vsu gentis vetusto desumta, et ad nos vsque propagata? Ex horum porro vsu, per analogiam, et illorum vsus olim viguisse bene ac tuto infertur, quae in hoc manuscripto recurrunt, cum eandem habeant indolem, *nek*, et *ben:* perpetuo nempe integra mansisse etiam affixa, propria vocali retenta; quam extra statum affixionis cum substantiuis, separata, affixis tantum pronominibus aucta habent: *nek-em*, *nek-ed*, *nek-i*; *nek-ünk*, *nek-tek*, *nek-ik:* mihi, tibi, illi; nobis, vobis, illis: *benn-em*, *benn-ed*, *benn-e*; *benn-ünk*, *benn-e-tek*, *benn-ök:* in me, in te, in illo; in nobis, in vobis, in illis: quemadmodum et *vel* habet: *vel-em*, *vel-ed*, *vel-e*; *vel-ünk*, *vel-e-tek*, *vel-ök:* mecum, tecum, cum illo; nobiscum, vobiscum, cum illis. Sed in his duobus, *nek*, et *ben*, vsum propriae vocalis, omni casu integrae, citius aboleuit euphoniae etiam ad similia extensio, quam in illis alteris *ſzer*, et *vel*. Atque hoc admodum mature fieri oportuit: siquidem ista in nullis mo-

numentis aliis, quamlibet vetustis, quae quidem hucusque detecta sunt, reperiantur, praeterquam in vnico nostro hoc manuscripto.

§. 41.

In quo tantum vnico recurrit et primae pluralis personae insolens hodie formatio, *vagymuk*, *imádjamuk*, vt supra vidimus (§. 26.): quam tamen et Magna Grammatica Debretzinensis olim in vsu fuisse vltro agnoscere videtur. De praeteriti imperfecti formatione, in forma actiua determinata, aeque exoleta hodie, sed quae apud priscos certe viguit, qualis itidem in hoc vnico tantum monumento legitur, dissero vberius loco opportuniore (§. 49. et seqq.) Recurrent et alia, certi quondam vsus, sed postea penitus neglecta. Et haec omnia, diligentius considerata, aetatem, vt paulo ante indicaui, admodum remotam ostendunt. Illa proinde huius manuscripti aetas, in exitum Seculi XII. reiecta, quemadmodum in Praefatione, Historicis, et Diplomaticis Obseruationibus, iam abunde probata est, ex interna etiam harum Allocutionum structura, inprimis vero ex singulari vocum cum affixis formatiuis nexu, magnopere confirmatur. Certe viguerunt haec olim apud nostros. Labente vero seculo XV. ea iam desiisse docet Codex MS. Transl. Bibl. circiter annum 1450 exaratus, quem inter Hungaricos Codices MSS. scio antiquissimum. Tempus, quo sensim desierunt, in-

tercederc debuit notabile. Nam vsus dominans, dum penitus exspiret, altero vsu iam solo dominante, diu quandam quasi luctam habet cum altero: tenentque ambo imperium diu promiscuum, altero interim sensim emoriente, altero pedetentim inualescente. In linguis huiusmodi lucta rapit secula. Intueamur Codices MSS. et Libros typis descriptos, qui supersunt a seculo XV. ad nostram vsque aetatem: in his rerum multo leuiorum mutua haec lucta, lente procedens, quamdiu durauerit, clare obseruabimus. Iam a seculo XV. si altius regrediamur, aetas manuscripti, dominanti in eo vsui conueniens, tanto certius in illud recidet tempus, quod et aliis argumentis satis definitum est.

§. 42.

Scriptorem praeterea Funebrium harum Allocutionum, tantum propter insolentem hodie eorum, quae exposui, vsum, Hungarum fuisse, nemo sine temeritate negauerit: cum aeque temerarius esset futurus, si reliquorum Codicum MSS. Auctores, si Komjáthium, si Ioannem Silnestrum, si Tinodium, si Katonam Gelejensem, et alios, illorum superiorum vsu a nobis differentes, Hungaros fuisse negaret. Palótziis autem, et plebi Transdanubianae, quod iis tanquam degeneribus illudatur, aeque iniuria fit a delicatulis: quos, vsu tantum hodierno contentos, in retro actas linguae nostrae aetates, et fata supe-

riora, piget respicere. Mihi vero potius veneratione digni esse videntur: vtpote apud quos, et in his, quae exposui, et in multis aliis, venerandae Hungaricae antiquitatis reliquiae, fideliter, ac sincere conseruatae habentur.

TERUMTEVE, FELEDEVE, VETEVE,
DEINDE
TILUTOA, MUNDOA, HALLAVA.

§. 43.

Haec ego verba sic legi: *terömtéve*, *feledéve*, *vetéve*, *tilotóa*, *mondóa*, vel *ó* longo, quod *o* praecedens apte subsequitur, ad vitandum maiorem oris hiatum (§. 150.), in *á* aeque longum abeunte, *tilotáa*, *mondáa*, et demum *halláva*. *V* consona in his, vbi adest, euphonica, quod paulo post docebo, in *j* iuris aequalis consonam mutata, et, vbi altera deest, hac altera suppleta, eadem et sic secure lego: *terömtéje*, *feledéje*, *vetéje*, *tilotája*, *mondája*, *hallája*; quae hodie, et dudum satis, ita vulgo efferuntur: *terömté*, *feledé*, *veté*, *tilotá*, vel *o* per syncopen expuncto, *tiltá*, *mondá*, *hallá*. Sunt nempe tertiae personae suorum verborum, formae determinatae, in praeterito imperfecto modi indicatiui, vel, vt quidam volunt, in praeterito historico. Ego praeteritum primum vocare soleo. Certe praeteritum valent apud omnes verba simili terminatione; ideoque et haec nostra ita potius

reddidi Latine: *creauit*, *oblitus est*, *proiecit*, *prohibuit*, *dixit*, *audiuit*. Sed, insolens haec tertiae singularis personae terminatio, quae hic toties recurrit, vt clarius explicetur, et ad leges Grammaticae exacta esse probetur; sunt quaedam aliquanto prolixius praemittenda.

§. 44.

Duas habemus et hodie consonantes nominatiores: quae, dum radicibus vocali terminatis affixa formatiua aeque a vocali inchoantia adiiciuntur, ne durus sit duarum vocalium concursus, euphoniae caussa interilci solent, ad eadem affixa cum radicibus suauius iungenda. Harum altera est *v* satis frequens, altera *j* latissimi vsus, quae etiam consonantibus adhaeret cum affixis pronominibus. Vtramqne, quod suauioris soni caussa interseratur, *euphonicam* nomino: quod vero affixa cum radicibus coniungat, Hebraeorum more dicere possumus *literam adglutinationis*; sed ego malo tamen vocare *literam connectentem.* Solet praeterea a nonnullis ad hanc classem consonantium euphonicarum, seu connectentium, referri etiam *ſz* consona sibili acuti, praesertim in verbis anomalis, quae euoluo in Elaboratiore Grammatica mea. Est et quarta connectens litera *h*, sed in nominibus admodum paucis. Nobis hoc loco illae tantum duae superiores, *v* et *j*, explanandae veniunt. Moneo autem, haec me ita explicare more iam recepto.

Quid linguae indoles intima doceat, alibi indico (§. 107, 108.).

§. 45.

Prior connectens *v* habet locum in radicibus monosyllabis, tam nominibus, paucis exceptis, quam verbis quibusdam, nominatim vocalibus *i*, *ó*, *ú*, *ő*, *ű*, terminatis, cum ea adiectis affixis formatiuis a vocali inchoantibus increscunt. Nomina talia sunt; ex. gr. *hó*, nix; *ló*, equus; *só*, sal; *szó*, vox; *kő*, lapis; *tő*, truncus, basis; *bő*, copiosus, amplus; *mű*, opus; *szű*, cor; *nyű*, vermis, teres. Haec aucta affixis vocalibus, vel a vocali inchoantibus, ita efferuntur: *hava*, *lova*, *sava*, *szava*, *köve*, *bőven*, *műves*, *szűvem*, *nyűves*. Verba autem huiusmodi sunt: ex. gr. *jő*, venit; *sző*, texit; *hí*, vocat; *ró*, incidit creniis; *fú*, flat, afflat. Haec aucta affixis vocalibus ita increscunt: *jövök*, *szövök*, *hívom*, *róvom*, *fúvom*. Deflectunt ab hac lege nomina, quae scio, tantum tria: *fő*, caput; *nő*, vxor; *vő*, gener. Haec *j* euphonicum recipiunt: *feje*, *neje*, *veje*. Sequuntur scilicet legem vocum polysyllabarum, in quibus iam posterior connectens consona *j* dominatur, quales sunt: ex. gr. *erdő*, silua; *velő*, cerebrum, medulla; *esztendő*, annus: quae affixis vocalibus auctae ita sonant: *erdeje*, *veleje*, *esztendeje*. Eadem *j* connectens consona, praeter *ő*, adhaeret et reliquis vocalibus, *ó*, et *ű*, vocum polysyllabarum: ex. gr. *holló*, coruus; *kesz-*

tyű, chirotheca. Adhaerat tam monosyllabis, quam polysyllabis, in *a* et *e* desinentibus: *fa*, lignum, arbor; *tsata*, pugna, proelium; *eke*, aratrum: *fája*, *tsatája*, *ekéje*. Genitiui affixum formatiuum *é*, cum radicibus vocali quacunque terminatis, aeque recipit idem *j* euphonicum, certe apud delicatiores: ex. gr. *alma*, malum; *mente*, clamys; *olló*, forfex; *almájé*, *mentéjé*, *ollóje*: licet multi etiam durius proferant: *almáé*, *mentéé*, *ollóé*. Et haec hucusque ad legem exacta.

§. 46.

Paulus Medgyesius vitauit vocalium concursum et in iis vocibus, in quibus alii facile ferunt; vtiturque in iis, praeter morem reliquorum, litera euphonica *v*: ex. gr. *sűrű-v-en*, dense; *elegendő tudományú-v-ak*, sufficienti scientia praediti; *egyenlő ajándékú-v-ak*, aequale donum habentes; *példá-v-úl*, pro exemplo; *illendő-v-űl*, decenter; *látó-v-úl*, adspiciendi gratia. Ista cumprimis posteriora sic habet et Lépesius (Libro II. de Inferno): *Ki örömest lakó-v-ul be szàll — à hovászálló-v-ul befogadtatik* (pag. 182. et 183.). Qui libenter habitatoris instar ingreditur — quo pro hospite recipitur. Idem fecerunt et alii tanto frequentius, quanto sunt antiquiores. Certe in Codice MS. Transl. Bibl. recurrunt saepe talia. **Egybeket alaituan egögö-u-eknec** (Esther XVI. 6.). Alios simplices aestimantes. **Nag alla-to-u-ak** (Baruch III. 26.). Statura magni, gigan-

tes. Ekes zemelo-u-ek (Dan. I. 4.). Decori forma. Collibuit aliis hoc *v* euphonicum altero potius *j* euphonico exprimere. Concinnator Vitae MS. S. Alexii maluit scribere: arua-i-ul hagiatt tam, orphana relicta sum. Precum Liber MS. pari ratione: zwle-ÿ-ol valazta, te matrem elegit. Sic et Codex MS. Sermonum Sacrorum de B. V. Maria habet potius: egyenlev-y-en, aequaliter. Dicta S. Bernardi de Vita Religiosa ab eodem Scriptore translata eodem modo exhibent: egyvgyv-y-en, simpliciter. Quae sic lego: *egyenlö-j-en*, *együgyü-j-en*. Telegdius autem in similibus promiscue vtitur, modo *v*, modo *j* euphonico. *Nem nehéz erkölchü-u-ec* (Part. II. pag. 391.). Non sunt difficili indole. *Töredelmes sziuü-i-eknec* (Ibid. pag. 84.). Corde contritis. *A keges sziuü-i-eknec* (Ibid. pag. 793.). Corde piis. Atque hic vsus, euphonicarum, seu connectentium consonarum, *v* et *j*, etsi magis arbitrarius est, quam necessarius: satis tamen clare docet, eas olim sibi mutuo substitutas fuisse. Quae sequuntur, ampliora probabunt.

§. 47.

Consona *j*, in imperatiuis, non iam euphonica, sed formatiua est huius modi characteristica, proinde necessaria. Hanc tamen supplet *v* in verbo *jö*, venit. Codex MS. Transl. Bibl. habet huius exemplum. Jouetec, fordullonc vrhoz (Osee VI. 1.). Venite; conuertamur ad Domi-

num. *Jövetek* pro *jöjetek*. Plebs nostra, Cantionale Szeleptsénvianum secuta, ne remotiora adducam exempla ex Scriptoribus aliis, hodieque haec ita canit: *Jövel, Szent Lélek;* Veni, Sancte Spiritus. *Jövel, édes Jesusom;* Veni, mi dulcis Iesu. *Jövel* pro *jöj-el*, imperatiuo ex composito *el jö*, aduenit.

Vá proxima radix verbi *vá-l-ik*, proprie *mutatur*, etiam *separatur*, *secernitur;* radix remotior verborum *vá-l-t*, mutat, redimit; *vá-l-t-oz-ik*, mutatur; *vá-l-t-oz-tat*, facit mutari, mutat, alterat: ex quorum significatu patet vim in ea mutandi inesse: est ea apud nos, cum singulari elegantia, formatiuum casus mutatiui, qui in Latino exprimitur plerumque cum praepositione *in* accusatiuum regente. Huius consona *v* est itidem necessaria, siquidem radicalis est. Eam tamen, apud vetustiores, cum radicibus vocali terminatis, suppleuit saepe consona *j*. Sunt vero exempla, in quibus ea etiam neglecta est. Codex MS. Transl. Bibl. horum complura exhibet. **Kit laña-i-a valaztot** (Esther II. 15.). Quam sibi adoptauit in filiam. **Prizetnec tore-i-e lottetec** (Osee v. 1.). Laqueus facti estis speculationi. Precum Liber MS. **Tegedet annya-y-a valazta.** Te in matrem elegit. Codex MS. Sermonum Sacrorum: **Myre vetettel engemet te magadnac ellenkevdev-y-e?** Quare me posuisti contrarium tibi? Etiam Komjáthio fuerat hoc *j*, pro *v* mutatiuo, satis familiare. *Tegyemy a paraznanak*

taga-ij-a (I. Cor. VI.)? Faciamne meretricis membrum? *Valaſtoth ʒarandokſag yaraſunknak tárſa-i-a* (Ibid. VIII.). Ordinatus est peregrinationis nostrae comes. *A ſatan ẘrdẘg abraʒolya ẘnnẘn magath a velagoſſagnak angyala-i-a* (Ibid. XI.). Satanas transfigurat se in angelum lucis. Iam exempla quaedam videamus cum neglectu consonae mutatiuae. Codex MS. Transl. Bibl. plus vice simplici habet *semmi-é* pro *semmi-v-é*, in nihilum, nihili. Idem recurrit saepe et in Codice MS. Sermonum Sacrorum. Porro Vita MS. S. Christinae Virg. et Mart. exhibet sequentia: **Melto-a tottel engemet**; Dignum me fecisti: **Egenlo-e totted**; Aequalem eum fecisti. Est iste neglectus etiam apud Telegdium: *Jo izü-e töue*; Sapidum reddidit.

Denique *j* euphonicum, cum affixo pronomine, dixi iam supra (§. 14.), apud Cantores ab Heltaio editos, in voce *nö*, vxor, adhibitum fuisse: *a' királynak neje*. In Codice MS. Transl. Bibl. multo vetustiore monumento, idem tamen *nö* potius *v* euphonicum recipit, et construendi modo plane singulari. **Az oroʒlan bouon fogot, z megolto o new-i-nec** (Nahum II. 12.) Leo cepit sufficienter, et necauit leaenis suis. Leaenis suis, *ö ne-v-inek*, loco *ö ne-j-inek*, *ne-j-einek*, coniugibus suis. Sunt vero veterum exempla, in quibus ipsum hoc *j*, ad connectenda affixa pronomina licet necessarium, tamen etiam negligitur. Iam iusto sum longior. Exempla ergo adduco so-

lum ex Codice MS. Sermonum Sacrorum. Ereeuel pro *ere-j-ével*, vi sua. Zevle-enec, pro *fzülé-j-ének*, genitrici suae. Ele-eben, pro *ele-jében*, ei obuiam.

§. 48.

Propositis tot his exemplis cum iam euidenter pateat, consonarum *v* et *j* mutuam substitutionem latius olim viguisse: in hoc etiam manuscripto, euphonicum, seu connectens *v*, frequentius recurrens, tanto iam facilius intelligitur, quo sit valore, et inter vocales, et consonantibus adhaerens. Quia vero iis etiam locis saepe occurrit consona *v*, quibus hac potestate pollere non potest: et huius rationem explicabo loco opportuniore (§. 105, et seq.). Nunc hoc solum suffecerit monere: vetustissimos euphonicum sonum obscuriorem edidisse inter duas vocales, qui propius accesserit ad *v*, quam ad *j*; eum proinde in scribendo potius *v* consona fuisse expressum; atque inde esse huius consonae hanc in isto manuscripto frequentiam. Sed, nescio, an non potius adserere debeam, vtramque consonam apud nos quoque, ex more orientali, sic fuisse olim pronunciatam, vt Ioannes Seuerinus Vater de iisdem Hebraeorum consonis ו (*vav*) et י (*jod*) praeclare notat: admodum leniter nempe, ac fluide, vt sono propius sibi accesserint, quam in vlla lingua alia, praesertim Europaea. Vnde procliuior fuerit vtique, quemadmodum apud He-

braeos, ita fere apud nos quoque, earundem commutabilitas, seu mutua substitutio. Et sane adeo lenem apparet quandoque fuisse earum sonum: vt illum, qualia hic aliquot visuntur exempla, scribendo ne exprimi quidem oportuerit. Clara est ergo verborum ita scriptorum ratio: *terömtéve, feledéve, vetéve, tilotáa, mondáa, hallava.* Dedi vero et aliam horum lectionem, in qua morem posteriorem secutus, literam euphonicam soni paulo lenioris adhibui: *terömtéje, feledéje, vetéje, tilotája, mondája, hallája:* qui quidem in ipso etiam manuscripto, sed iam consonis, praesertim in verbis, lenius vtique expressis, adhaerere obseruatur: *latıatuc, temetıuc, zocoztıa, mulchotıa,* lego, *látjátok, temetjük, szakasztja, múlhatja.* Licet in substantiuis, quorum duo tantum talia adsunt exempla, iam obscurior redeat sonus: *ıntetvınec, ıldetvıtul,* legi *intetvének, üldötvétől,* sono leniore, *intetjének, üldötjétől.* In voce *kınzotvıatwl,* vtrumque concurrit, nescio, studione, an errore. Sed vel ipse error probat earum sonum valde vicinum: quem puto hic tamen, mixtum ex vtroque, quasi medium esse exprimendum *kinzatvjától,* pro *kinzatjától.*

§. 49.

At insolita sunt illa, *terömtéje, feledéje, vetéje, tiltája, mondája, hallája,* pro hodiernis, *terömté, feledé, veté, tiltá, mondá, hallá.* Dico eam fuisse olim rationem tertiae personae in im-

perfecto modi indicatiui formae determinatae: quae in subiunctiui imperfecto eiusdem formae determinatae diu viguit. Et haec, quae hodie ita dicimus, *kérné*, *írná*, ita olim dicebantur, *kernéje*, *írnája*: proinde etiam *kéré*, *írá*, olim *keréje*, *írája*. Duo haec tempora terminatione, seu formatiuis affixis, et hodie prorsus aequalia sunt: nisi quod, in subiunctiui imperfecto, inter radicem, et formatiua affixa, interseratur litera *n*, huius temporis nota characteristica. Quorum itaque exempla adsunt ex antiquitate in subiunctiui imperfecto: pronum est eadem olim, ob exactam hanc, quam indicaui, in duobus his temporibus, terminationum, seu formatiuorum affixorum aequalitatem, viguisse etiam in indicatiui imperfecto. Proinde, ex paradigmate temporis imperfecti modi subiunctiui, paradigma et temporis imperfecti modi indicatiui tanto securius dari potest, quemadmodum ratione hodierna, ita et vetusta.

	Imperfectum Optatiui.		*Imperfectum Indicatiui.*	
Sing. 3.	*Kérné*, *kérnéje*.	Rogaret.	*Kéré*, *keréje*.	Rogabat.
2.	*Kérnéd*.	Rogares.	*Kéréd*.	Rogabas.
1.	*Kérném*.	Rogarem.	*Kérém*.	Rogabam.
Plur. 3.	*Kérnék*, *kérnéjek*.	Rogarent.	*Kérék*, *keréjek*.	Rogabant.
2.	*Kérnétek*.	Rogaretis.	*Kérétek*.	Rogabatis.
1.	*Kérnök*, *kernöjök*.	Rogaremus.	*Kérök*, *kéröjök*.	Rogabamus.

	Imperfectum Optatiui.		*Imperfectum Indicatiui.*	
Sing. 3.	*Irná*, *írnája.*	Scriberet.	*Irá*, *írája.*	Scribebam.
2.	*Irnád.*	Scriberes.	*Irád.*	Scribebas.
1.	*Irnám.*	Scriberem.	*Irám.*	Scribebam.
Plur. 3.	*Irnák*, *írnájak.*	Scriberent.	*Irák*, *írájak.*	Scribebant.
2.	*Irnátok.*	Scriberetis.	*Irátok.*	Scribebatis.
1.	*Irnók*, *írnójok.*	Scriberemus.	*Irók*, *írójok.*	Scribebamus.

§. 50.

Ea, quae hic in imperfecto subiunctiui insolentiora esse videntur: singularis tertia persona, *kérnéje*, *írnája*; pluralis tertia persona, *kérnéjek*, *írnájak*; pluralis prima persona, *kérnök*, *kérnöjök*, *írnók*, *írnójok*: apud Scriptores nostros occurrunt quam frequentissima, tam in Codicibus MSS. quam in Libris praelo expressis. Ex plurimis mox adducam aliqua. Per quae si tempus imperfectum modi subiunctiui subsistit; necessum est et indicatiui imperfectum subsistere, ob eadem vtrobique formatiua affixa. Et cum alterum illud subiunctiui tempus reuera imperfectum sit: propter hanc tam arctam terminationum aequalitatem, et istud alterum tempus modi indicatiui vulgo imperfectum vocari solet: licet significationem habeat apud omnes Scriptores temporis perfecte praeteriti, certe Latine sic redditur ab omnibus.

Tertia Persona Singularis.

Speculum Poenitentiae: *Hogy tanitáſát megh halgatnáia* (E. 4.). Vt doctrinam eius audiret. *Hogy Vrunkat meg keresnéje* (H. 2.). Vt Dominum nostrum perquireret. Telegdius: *Mintha Chriſtus allana elötted, kezét feiedre tenneie, es ezt mondanaia.* (Part. II. pag. 88.). Tanquam Christus adstaret coram te, manum suam capiti tuo imponeret, et hoc diceret. Draskovitsius: *Ky, nem chyak az embery dolgokat tudnaya, hanem azokates ertheneye, kyk embery okoſſagnak felette vadnak* (E. 3.). Qui, non tantum res humanas sciret, sed ea etiam intelligeret, quae rationem humanam superant. Gallus Anaxius: *Hogy az ő benne hiuőket megſʒabaditanaya* (c. iij.): *Hogy megbeſʒelleneie az ő tanituanyinac* (e. iiij.). Vt credentes in se liberaret: Vt enarraret discipulis suis. Tinodius: *Rayta lőt boſʒſʒut hogy meg torlanaja* (I. 3.). Vt factam sibi iniuriam vlcisceretur. Komjáthius: *Hogy wketh kwuetyſre ingerleneye* (G. vjij.). Vt eos ad imitandum incitaret. Frequentiora sunt haec in Codicibus MSS. quae, breuitatis caussa, praetereo.

Tertia Persona Pluralis.

Idem Speculum Poenitentiae: *Hogy meg látnáiak, minémű vége lenne az dolognak* (S. 1.). Vt viderent, qualis esset rei finis. Telegdius: *Hogy Ieſuſt el ragadnáiac, és kirallya tennéiec* (Part. III. pàg. 488.). Vt Iesum raperent, et re-

gem facerent. Draskovitsius: *Hogy wkys az zenth reeghyſeghnek twdomanyit tyztelneyek, es az ektelen wyſaghnak talalaſyt karhoztatnayak* (P. 8.). Vt et illi sanctae antiquitatis doctrinas venerarentur, et indecorae nouitatis inuenta damnarent. Gallus Anaxius: *Hogy Chriſtuſt olly gyalazattal illetneyec* (c. iij.). Vt Christum tali ignominia afficerent. Komjáthius: *Cʒak magukath meg tartoʒtatnayak aʒ vertul* (B. iiij.). Tantum se continerent a sanguine.

Prima Persona Pluralis.

Tempus imperfectum optatiui iam fatum experitur iniquius in prima persona plurali: quam, etsi duplicem habeat, vtramque tamen incuria aetas nostra incipit valde negligere. Huius formationem longiorem sibi maxime familiarem habuit Telegdius. *Ha valoba meg gondolnanc, le tenn᷃ióc à czimert, es nem emeln᷃ióc fel egyikünk à maſikunk ellen magunkat* (Part. III. pag. 559.). Si serio perpenderemus, deponeremus cristam, et non erigeremus nosmet ipsos alter aduersus alterum. *Hogy az mi hitünknec agazattyat iol meg tanolnoioc* (Part. II. pag. 44.) Vt fidei nostrae articulum bene addisceremus. *Mintha ünnen magat latnoioc, es ü velle ſzollananc* (Ibid. pag. 88.). Quasi ipsum videremus, et cum eo loqueremur. *Hogy enn᷃ióc az ü ſzent-teſtet, és innoioc ſzent veret* (Ibid. pag. 187.). Vt ederemus sacrum corpus eius, et biberemus sacrum sanguinem eius.

Vsurpat vero idem Telegdius hanc personam etiam abbreuiatam. *Ha tellyes eletűnket poenitencia tartasra adnókis* (Part. III. pag. 476.). Etiamsi totam vitam nostram poenitentiae agendae impenderemus. Et hanc syncopen iam mature inualuisse apparet ex eius vsu etiam in Codice MS. Transl. Bibl. Tekozlatuan elmenenc, hoǵ ne halgatnoc ǫ zauat (Baruch. I. 19.). Dissipati recessimus, ne audiremus vocem ipsius. Hoǵ gondolnoc te igaſſagodat (Dan. IX. 13.). Vt cogitaremus veritatem tuam. Huic inhaesit et Pázmánus. *Hogy ne illenők a' Húsvétet a' Sidokkal.* Ne celebraremus Pascha cum Iudaeis. *Annyi, mintha azt mondanók.* Tantum est, quasi hoc diceremus. Horum plenus est ex posterioribus Clemens Mikes in suis Epistolis. *Ha meg visgálnók, meg látnók.* Si inuestigaremus, videremus. *Minkis jobban töltenők.* Et nos melius transigeremus. *Meg nevetnők.* Rideremus. Magna est Transiluanis habenda gratia: quod vsu constanti huius personae in forma determinata obsistant praepostero nostrorum vsui; qui formam indeterminatam male hoc casu adhibent, et ita pertinaciter, ut fere abhorreant ab altero illo meliore. Perperam sane dicuntur ista a nostris: *meg nevetnénk öket, mink is jobban töltenénk idönket.* Et Grammatici reprehensione sunt digni, qui in forma determinata non aptae huic formationi locum adhuc dari iubent.

Eadem persona et alterius imperfecti, in modo indicatiuo, aeque praepostere et inepte miscetur: *Megnevetének öket, jól töltének idönket.* Peritiores, et veri Hungari, haec ita efferunt: *meg nevetök öket, jól töltök idönket.* Stat pro his tota antiquitas, aetas etiam posterior, et melioris notae Scriptores hodierni. Vetustiores memoro. Codex MS. Transl. Bibl. **Nem halgatoc mi vronc istenöncnec zauat** (Baruch I. 21.). Non audiuimus vocem Domini, Dei nostri. **Azt meg nem foghatoc** (Dan. XIII. 39.). Illum non quiuimus comprehendere. **Kerdöc ötet** (Ibid. v. 40.). Interrogauimus eam. Et sic reliqui etiam Codices MSS. Post hos Gabriel Pesthius: *Mert latok az w chyllagat napkelet felewl* (f. 2.). Quia vidimus stellam eius ab oriente. Ioannes Siluester: **Sok helen az sido nyeluet követök inkab** (In Praefat.). Multis locis linguam potius Hebraeam secuti sumus. Telegdius: *Megmondoc mies ez elöt* (Part. II. pag. 25.). Diximus et nos antehac. Pázmánus: *Jeronimus szavából megtanúlók* (Libr. Prec. pag. 222.). Ex Hieronymi dicto didicimus. Clemens Mikes: *Erre tsak lesütök a' szemünket* (Epist. CXL.). Ad hoc tantum oculos deiecimus. *A' Fejedelem' testét el temetök* (Epist. CXLVI.). Principis cadauer sepeliuimus.

§. 51.

Atque haec hucusque tantum auctoritate sunt probata. Nunc vero demonstrabuntur etymologi-

ce, vi formationum, ea vtraque reuera ita esse debere. Iis penitius euolutis, quae in verborum nostrorum inflexionibus fiunt, temporum, personarumque omnium formationes, singulari conatu exhibeo, in Elaboratiore Grammatica mea. Quae hic adduco, inde sunt excerpta. In personarum formationibus toti sumus Hebraei. Ipsa nempe pronomina personalia et nos affigimus verborum radicibus ad formandas eorum personas, cum varia tamen mutatione, praesertim vocalium, aliqua etiam truncatione. In formatione personarum cuiusque temporis radicem proximam dat nobis tertia singularis persona sui temporis, nota temporis characteristica iam aucta. Sit pro exemplo tempus praeteritum perfectum. Prima radix sit *kér*, rogat, deinde *ír*, scribit. De his fiunt pro praeterito proximae radices, assumta consona *t*, praeteriti nota characteristica, *kér-t*, rogauit, *ír-t*, scripsit. Tertiam et haec ipsa faciunt adhuc personam. Ab his fiunt porro personae reliquae eiusdem temporis adiectis affixis personalibus; *kér-t-él*, rogasti; *kért-em*, rogaui; *kér-t-ek*, rogarunt; *kér-t-etek*, rogastis; *kér-t-ünk*, rogauimus: *ír-t-ál*, scripsisti; *ír-t-am*, scripsi; *ír-t-ak*, scripserunt; *ír-t-atok*, scripsistis; *írt-unk*, scripsimus. Et haec in forma indeterminata. In forma vero determinata sumitur, in quolibet tempore, pro radice proxima, tertia singularis persona, temporis homologi, ex forma indeterminata. Ab hac porro, in numero tantum

singulari., formantur personae per adiecta affixa pronomina *ém*, *ed*, *é*, cum varia vocalium mutatione, etiam accentibus amissis, nata ex ipsis pronominibus personalibus *én*, *te*, *ő*, prorsus ita, quasi eadem proxima radix nomen esset. His praemissis iam ad propositum nostrum propius accedamus. Vtriusque imperfecti tertiae singulares personae, in forma indeterminata, sunt in exemplis assumtis: *kérne*, *kére*; *írna*, *íra*. His, tanquam nominibus, dum affixa pronomina adnectuntur; quia etiam vocalibus terminantur: non possunt ea secus adnecti, atque his, ex. gr. veris nominibus, *alma*, malum, *mente*, clamys. Accommodant nempe vocales suas radicum vocalibus, postremas breues acuunt, cumque iis primae ac secundae personae affixa coalescunt, affixum vero tertiae personae assumit euphonicum seu connectens *j*, vel proprium potius secum adfert. Prima combinatione: *almá-am*, *almá-ad*, *menté-em*, *menté-ed*; vocalibus coalescentibus, *almám*, *almád*, *mentém*, *mentéd*; tertiae personae affixum cum *j* connectente, *almá-j-a*, *menté-j-e*. Prorsus ita et radices proximae verborum nostrorum: *kérné-em*, *kérné-ed*, *kérné-m*, *kérné-d*, *kérné-j-e*; *kéré-em*, *kéré-ed*, *kéré-m*, *kéré-d*, *kéré-j-e*: *írná-am*, *írná-ad*, *írná-m*, *írná-d*, *írná-j-a*; *írá am*, *írá-ad*, *írá-m*, *írá-d*, *írá-j-a*. Atque hanc omnino formandi rationem tenuit Vetustas Hungara ex proximis radicibus, seu tertiis singularibus personis formae indeterminatae: *terömte*,

felede, *vete*, *tilata*, *monda*, *halla*; in suis illis, nobis hodie insolitis, tertiis singularibus personis formae determinatae: *terömté-je*, *feledé-j e*, *veté-j-e*, *tilatá-j-a*, *mondá-j-a*, *hallá-j-a*; apud antiquiores, *v* pro *j* multo familiarius adhibito, erant eadem: *terömté-v-e*, *feledé-v-e*, *veté-v-e*, *tilatá-v-a*, *mandá-v-a*, *hallá-v-a*.

§. 52.

Iam videamus, quid in plurali fiat. Tertias quidem personas, in duobus his tantum imperfectis, antiqui, nominum adhuc more, adiecto affixo pronomine *ök*, formarunt, eius vocali congruenter mutata, et accentu amisso. Exempla nominum sunt: *alma*, *almá-j-ok*; *mente*, *menté-j ek*. Sic et verba: *kérne*, *kérné-j-ek*; *kére*, *kéré-j-ek*: *írna*, *írná-j-ak*; *íra*, *írá-j-ak*. Secundae autem personae communem omnibus tribus formis rationem et hic sequuntur. Radices proximae adsciscunt sibi pronomen plurale secundae personae *etek*, cum congrua mutatione, et indicata vocalium concretione: *kérne*, *kérné-tek*; *kére*, *kéré-tek*; *írna*, *írná-tok*; *íra*, *írá-tok*. Formandis primis personis pluralibus, in forma determinata, per omnia tempora, inseruit vetustissimum pronomen affixum primae pluralis personae *ük*, itidem cum congrua suae vocalis mutatione. Sed in his imperfectis illud singulare habet: vt, radicibus proximis, vtpote vocali terminatis, adiectum, exposcat connectentem consonam *j*: de-

inde radicum vocales, propter incrementum vtique productas, euphoniae caussa, mutet congrue in *ő*, vel *ó*, ipsa etiam sua vocali *ü* in easdem, sed breues, abeunte. Prima durioris soni formatio haec est in exemplis iam assumtis: *kérne, kérné-j-ük; kére, kéré-j-ük; írna, írná-j-uk; íra, írá-j-uk.* In his vocales postremas, sono inter se magis remotas, *é* et *ü*, *á* et *u*, euphoniae studium, vt propiores redderet, mutauit vtrasque in intermedias, tantum quantitate differentes: *é* et *ü* in *ő* et *ö*; *á* et *u* in *ó* et *o*. Inde orta facilior harum personarum pronunciatio: *kérnő-j-ök, kérő-j-ök; írnó-j-ok, író-j-ok.* Sed haec, vt supra iam monui, placuit veteribus etiam contrahere per syncopen: vnde natae sunt et alterae primae plurales personae: *kérnők, kérők; írnók, írók.* Haec autem contractio certe sic facta est. In prima rudi formatione accessit proximis radicibus resectum affixum pronomen *ük*, promiscuo vsu, connectente *j* vel *v* euphonico etiam neglecto, propter eius sonum admodum lenem: vt sunt exempla in hoc quoque monumento in *mondá-a, tilatá-a*, pro *mondá-j-a, tilatá-j-a*, vel *mondá-v-a, tilatá-v-a*, ex prima rudi formatione, affixo pronomine tertiae singularis personae *ő* non adhuc congrue mutato, *mondá-ő, tilatá-ő.* Quare fuerunt illa priora aliquando: *kérné-ük, kéré-ük; írná-uk, írá-uk.* Deinde vocales sono remotiores euphoniae studium cum serius et hic in intermedias mutasset, *kérnő-ök, kérő-ök, írnó-*

ok, *író-ok*; vocales, iam soni eiusdem, vsu demum in vnam coaluerunt, *kérnök*, *kérôk*, *írnók*, *írók*.

§. 53.

Illa etiam superiora, *kérnéje*, *kéréje*, *írnája*, *írája*; deinde eorundem pluralia, *kérnéjek*, *kéréjek*, *írnájak*, *írájak*; tam probata, tam ad amussim formata, serius tamen abbreuiata sunt, certe eodem et haec modo: affixis pronominibus sine connectente euphonico *j* vel *v* adnexis, *kérné-e*, *kéré-e*, *írná.a*, *írá-a*, *kérné-ek*, *kéré-ek*, *írná-ak*, *írá-ak*; ac demum vocalibus eiusdem soni in vnam coalescentibus, *kérné*, *kéré*, *írná*, *írá*, *kérnék*, *kérek*, *írnák*, *írák*. Vsu veterum clare ostenduntur hae, et similes postpositiones nostrae *ala*, sub, et *mege*, post, a tergo, pone, vere separatae, et absolutae esse. Hae affixis pronominibus auctae, vocalem vltimam acuentes, sic reuera, vti nomina, veniunt ad statum constructum: *alá-am*, *alá-ad*, coalescentibus vocalibus *alám*, *alád*, et *alá-j-a*; *alá-unk*, coalescentibus vocalibus *alánk*, *alá-tok*, *alá-j-ok*; sub me, sub te, sub se, vel sub eo; sub nos, sub vos, sub se, vel sub eos: deinde *megé-em*, *megé-ed*, coalescentibus vocalibus *megém*, *megéd*, et *megé-j-e*; *megé-ünk*, coalescentibus vocalibus *megénk*, *megé-tek*, *megé-j-ek*; pone me, pone te, pone se, vel pone eum; pone nos, pone vos, pone se, vel pone eos. De his quoque, et similibus, postpositionibus constructis, illae ad tertiam sin-

gularem personam relatae, quamvis et sic probentur, abhibeanturque, *alá-j-a*, *megé-j-e*; eaedem tamen etiam abbreuiationem iam dudum admiserunt; itidem neglecto certe connectente euphonico, et vocalibus eiusdem soni in vnam coalescentibus, *alá-a*, *megé-e*, *alá*, *megé*. Ad pluralem nihilominus personam relatas, *alá-j-ok*, *megé-j-ek*, vsus nunquam adhuc contraxit, *alák*, *megék*. In verborum vero personis tertiis, vtriusque numeri, idem fieri placuit, factumque est ita dudum: vt in his, affixa pronomina, cum radicum vocalibus in vnum coaluisse, tantum illi sciant; qui vetustiora monumenta euoluissent, et formationes vocum ad etymologiae leges euoluissent.

ELEVE, TERUMTEVE ISTENTUL.

§. 54.

Eleve legi *élévé*, potui vero etiam *éléje* legere secundum demonstrata §. 48. Bona est ad hunc locum Sajnovitsii coniectura: „Legi posset „*Élő*, seu Viuens, pro *Deus*, vt sic constructio „suum habeat nominatiuum.“ Certe nec aliud est hoc loco nostrum istud *eleve*. Licet *eleve*, vocalibus primis non productis, et illo significatu, quem Párizpápaius adnotat, *primitus*, *antiquitus*, *prius*, apud Scriptores nostros saepe recurrat: et bona sunt composita, *eleve meg látom*, praevideo, *eleve meg tudom*, praescio. Codex

MS. Transl. Bibl. habet complura huiusmodi composita. *Es ϙ menden kimenefet elcue kulde* (Iudith II. 8.). Omnemque expeditionem suam fecit praeire, praemisit. Sed de hoc, aliisque postpositionibus nostris, euoluta earum origine, atque indole, ago ex proposito, satisque prolixe, loco opportuniore, in Elaboratiore Grammatica mea. *Éléve* nostrum resumendum est, sic certe iuxta pronunciationem vetustam efferendum, euphonico autem *v* in *j* mutato, *éléje*. Erat hoc olim participium imperfectum pro praesente sumtum, et hoc quidem loco, vt Sajnovitsius probe insinuat, in substantiuum abiens, *qui viuebat*, *viuens*. Et alterum *terumteve istentul*, recta lectione *terömtéve*, serius *terömtéje*, itidem participium esse vltro monet vicinum substantiuum *istentől*: ab *eo*, *qui* creabat, Deo; a creatore Deo. Et *éléve* quidem, nostro more hodierno *élő*, a verbo *él*, viuit, cum et hic occurrat absolute hac significatione positum, sane primum fuisse videtur apud maiores nostros Dei nomen, cum Hebraeis, Syris, Chaldaeis commune, *Éloa*, *Él*, *El*, *Élohu*, ab אֵל (*él*) primo simplici semine Hebraico. Quod quidem a nostro *él* differre videtur: siquidem אֵל (*él*) Hebraicum *integrum*, *validum*, *potentem* significat. Sed in primordiis et nostrum *él* fuerit certe *integri*, *validi*, ac *potentis* significatione: deinde transierit ad *vitam* denotandam, et apte sane; quod ea, quae *viuere* dicuntur, integra, valida, et potentia esse debeant. Atque

hac etiam secundaria significatione apposite nostri *Viuentem* apppellant *Deum*, qui vtique solus vere viuit. Huius manuscripti aeuo duplex itaque Dei nomen fuerat in vsu, *Élö*, et *Isten*. Alterum *Élö*, antiquissimum origine; et altiore Dei notione natum, geminumque Hebraico אֵל (*él*), vt iam vidimus. Tale prorsus censeo et alterum *Isten*, Hebraico itidem nomini יְהוָֹה (*Jehovah*), non sono, sed valore, exacte respondens, natum certe ante idololatriam in lingua primigenia. יְהוָֹה (*Jehovah*) est *Ens*, omne tempus in se complectens, *erit — est — erat*. יֶהְוֶה (*jeheve*) erit, הֹוֶה (*hóve*) ens, הָוָה (*hävä*) erat. Entis notionem, quae est in hoc nomine, videamus et in nostro. Viget nimirum in lingua Hebraica vocabulum יֵשׁ (*jésch*), *ens*, verbi autem valore *est:* idem in Chaldaica est אִת (*ith*), sed ת (*tav*) litera sibilante *itz*, vel *its*. Hoc primigeniae linguae vocabulum in linguis etiam aliis, de ea descendentibus, varie licet sibilans, eadem tamen significatione superest: in Arabica nempe, in Esthonica, in Persica, in nostra Hungarica. Et in hac quidem quomodo adsit in verbo negatiuo *nints*, explico in Elaboratiore Grammatica mea. Sed de eo est et Dei nomen, mea certe opinione: idque apud alias etiam gentes, et forma multo simpliciore. Vera scilicet Dei notio, a primis originibus accepta, accommodo *entis* vocabulo expressa est in lingua Hebraica. Vt vero ad hos, ita etiam ad alios venit augusta

haec notio ab origine eadem. Ad eam porro indicandam et isti vocabulum adhibuerunt; quod apud ipsos, de communi origine primigenia, eadem vi, magis inualuit. Video equidem tam *jesch*, quam *its*, leui tantum mutatione latius propagatum, forma simplicissima, hoc vsu esse nonnullis gentibus inter Jeniseam, et Obium: *Esz* Ariis, *Es* Kotoris, *Ösz* Assanis, *Esz* Inbacis, et *Ets* Lumpocolis (*Vide Gyarmathium pag.* 256.). His ergo Deus vi vocis intima est *Ens*. Idem *its* nostrum, quod paulo ante indicaui, in primordiis et sic prolatum est: vt, praeter sibilum, etiam sonus *t* audiretur, *ist*; quo sono habent et Persae defectiui verbi substantiui tertiam hanc personam, *est*. Nostro *ist* accessit porro ad emphasim pronomen demonstratiuum *en*: *ist-en*, verbi forma *est-ipse*, *est-ille*; participii autem valore *ens-ipsum*, *ens-illud*. *Isten* ergo pro Deo sumtum, forma ampliore, et emphatica, est *Ens-ipsum*; quemadmodum et *Éléje* formatione veteri est reuera *Viuens-ille*, *viuebat-ille*, vel *qui-viuebat*. Imo vero et *Él-ő* hodiernum, resolutum in partes, ex quibus coalescit, est aeque *viuit-ille*, vel etiam *qui-viuit*; participii modo *viuens-ille*, et absolute *viuens*. Cum nostro Dei nomine *Isten* pulchre conuenit et Persica Dei appellatio *Isdan*; de eadem, vt mihi videtur, origine.

§. 55.

Adiicio meae huic sententiae, oppositam licet, Francisci Foris Otrokotsii euolutionem (*In Originibus Hungarorum Part. I. Cap. VII §. V. et VII.*) : vt curiosis originum indagatoribus tanto maiore apparatu faueam. „Deus nostra lingua „vocatur *Isten.* — Vera nominis origo illico „aperitur ex Chaldaico et Syriaco אֶשְׁתָּא (*ésta*), „hoc est, *Ignis*; quod descendit ab Hebraeo אֵשׁ „(*és*) idem significante. Notum est Veteres „Graecos Vestam vocasse non solum 'Εςίαν (*E-„stiam*), vel 'Εςίην, pro diuersitate dialectorum, „sed etiam 'Ιςίην, in accusatiuo, hoc est Latinis „literis *Istien*; vti apud vetustissimum Histori-„cum Herodotum hac posteriore forma ἱςίη lego. „Atqui et illud verum est, nomen illud 'Ιςίη, „'Εςίη, vel 'Εςία, origine non esse Graecum, sed „ex antiquiori et potiori lingua descendere, in „qua vis significans vocis reperitur: vt perinde „ἑςία et ἱςία sint voces origine orientales, ac „nostrum *Isten. Vesta* enim Latinorum, et 'Ιςίη „Graecorum, nihil aliud est, quam *Ignis*, pro „Deo, vel Dea Gentilium acceptus. Vtut enim „Ethnici Scriptores *Vestam* exponant *Terram*, „eo quod ignem intra contineat, quod ex Aeth-„na Vesuuioque patere aiunt: attamen illi ipsi „sunt, qui ea nobis subministrant, quibus doce-„mur in expositione *Vestae* perpetuo ad *Ignem* „recurrendum esse. Hinc illud Seruii, iam a „doctissimo Vossio hanc in rem citatum: *Vestam*

„ *Deam ignis appellat*, quam *Terram* esse Ser-
„ uius ait, *quae in medio mundo librata, vi sua*
„ *stet, et ignem intra se habeat.* Idem in sequen-
„ tem, notato in margine loco, Virgili versum:
„ *Aeternumque adytis effert penetralibus Ignem*,
„ sic scribit: *Ecce ipse exposuit, quid sit Vesta*,
„ nempe *aeternus Ignis.* Hinc dictae etiam Vir-
„ gines Vestales, quod ipsarum esset, iuxta le-
„ ges, in *Vrbe* Romana custodire ignem foci pu-
„ blici sempiternum. — Iam vero vt redeam ad
„ priora, dico, olim quosdam Orientales, non
„ solum *Esta*, vt hodie Chaldaei, sed etia *Istie*
„ ignem vocasse, ab Hebraeo אֵשׁ; quod satis ap-
„ paret ex antiquissimo nomine *Vestae*, apud
„ Graecos Ἱστίη, a Chaldaeis mutuato. Cui voci
„ Chaldaicae nostri Hungari antiquissimi, ad
„ Araxen olim considentes in Armenia, non nisi
„ *nun*, seu *n*, paragogicum, vt in multis aliis
„ fit, addiderunt: *jod* autem e medio labentibus
„ seculis paulatim elabi siuerunt; cum tantum
„ emollitionis vsum, instar *y*, inter *t* et sequen-
„ tem vocalem, habuerit. Vt si fuerit olim *Istien*,
„ siue *Istyen*, successu temporis, quasi elegan-
„ tius, dictum sit *Isten*: ad formam similis vo-
„ cis Chaldaeorum אֶשְׁתֵּן (*isten*), Aquilonem il-
„ lis significantis. Aut facile alteri illi Chaldaico
„ nomini *Esta* aliae vocales, ex vocalium muta-
„ tionis lege, congruae, pro *e* et *a* scilicet *i* et
„ *e*, cum paragogico *n*, substitui poterant. Quid-
„ quid sit de istis minutiis, deriuatio vocis *Isten*,

„ a Chaldaico *Esta*, vel *Istie*, siue *Estia*, vt talis
„ mutatio vocalium in orientalibus linguis facile
„ contingit, tam clara est: vt non nisi conten-
„ tiosus, et alieni laboris contemtor, eam in du-
„ bium vocare possit. Cum enim certum sit no-
„ stros maiores *Ignem* atque *Solem* singulariter
„ coluisse in Paganismo, Solemque Ignem pro
„ praecipuo Deo inter omnes visibiles Deos Deas-
„ que habuisse: nullum certe commodius nomen
„ habebant, quo illud Numen Solare, vt sic di-
„ cam, et Igneum, appellarent, quod eius na-
„ turam, vti *Istie*, vel *Isten*, exprimeret. Per
„ consequens vero et ad alia sua Numina, suc-
„ cessu temporis, illud transtulerunt. Quod ho-
„ die, post tam multa secula *ignem* alio vocabu-
„ lo, nempe *tüz*, appellamus: nemo magis mire-
„ tur, quam quod olim Latini *Ignem* publicum,
„ et sacrum, *Vestam*, aliunde mutuato, nomina-
„ rint; culinarem autem ignem, vel etiam alium
„ ignem, propria sua lingua tantummodo *ignem*
„ dixerunt. Sed insuper in aliis etiam linguis ob-
„ seruare possumus, vocabula quaedam in hac
„ vel illa significatione antiqua, obsoleta reddi,
„ et noua nomina rebus accedere. Sic euenit et-
„ iam igni apud nos. Illud ergo nomen Dei Ignis,
„ h. e. *Isten*, nostri, cum e Paganismo Christia-
„ nae Ecclesiae sunt aggregati, retinuerunt in
„ sua lingua, tanquam sibi pro Numine vsitatissi-
„ mum, et ad verum Deum, coeli et terrae con-
„ ditorem, Patrem, Filium, et Spiritum S. de-
nominandum

„nominandum conuerterunt." Tantum est ex Otrokótsio. Iam ad alia transeamus.

§. 56.

Éléje, et *terömtéje*, vt nostra olim apud antiquissimos participia fuisse credam; quia et hic occurrunt, neque secus legi possunt, et sensus participia esse clare indicat: valde inducor prorsus eadem etiam apud Esthones, Lappones, et Fennos, participiorum terminatione. In praeclaro Opere Samuelis Gyarmathi, de quo mentionem iam supra feci (§. 31.), reperi inter vocabula Esthonica *wäraja*, nostra lingua *verö*. Esthonicum *victorem*, nostrum *verberatorem*, *caesorem*, significat: nempe, qui vincit, is caedit vtique hostem. Occurrit postea *hone ehhitaja*, Latine ad literam *domus aedificator*, aliter architectus; Hungarice *hon épitö*. Incidi porro in *koa teggija*, quod nobis ad literam est *kö tevö*; licet id, quod magis in vsu est, *kö mives*, *kö rakó*, dicatur; Latine *murarius*. Obtulit se deinde et *röme andja*, nobis *öröm adó*; Latine ad literam *gaudii dator*, melius *exhilarator*. Et haec vt significatione per omnia eadem sunt, ita et sono prorsus affinia. Legi et aliud, sed ipsum tantum participium, et sono, et significatione idem. *Lakja mees*, Hungarice *lakó ember*, Latine *parasitus*, *comessator homo*. Licet nos verbo *lakik* vulgo adverbium *jól*, bene, praefigere soleamus, vt *bene comedentem*, seu *comessatorem* significemus: quia

tamen deriuatum prolixius *lakodalmazni* idem est ac *comessari*, *epulari*, verbum Esthonico *lakoma*, aeque in infinitiuo, significatione, et sono satis respondens; etiam *lakó* nostrum, sine aduerbio, *comessator* est, distinguendum ab altero *lakó*, quod habitator est, diuersa vtpote origine, quam alibi euolùo, et cuius valor sub verbo soni eiusdem *lakik*, habitat, magis tamen nunc viget, proniusque intelligitur. Sed et altera illa significatio, eadem cum Esthonica, percipitur a vulgo, dum dicitur, *lakik most Péter*, id est, *comessatur nunc Petrus*, indulget sibi, epulatur. Et haec de Esthonicis puto abunde sufficere.

§. 57.

Inter vocabula Lapponica, et Fennica, pariter obseruaui similem participiorum terminationem: licet sono et significatione ipsas voces in plerisque diuersas repererim. Ex horum numero sunt sequentia. *Haawes alchuodeije*, redditum lingua nostra *seb gyogyító*, Latine *vulneris sanator*. Deinde *wierbme zjuttadeije*, nobis *háló foltozó*, id est, *rete resarciens*. Postea *ſielluo cohzjehteije*, apud nos *lélekre vigyázó*, Latine *animae aduigilans*. Iterum cum *ſielluo* nomine, *ſielluo piebmuoeije*, nos dicimus *lélek legeltető*, Latine ad literam *animam pascens*. *Sielluo* more nostro si legam, certe erit *ſzellö*. Istis ergo gentibus *anima*, et *spiritus*, est *ſzellö*. *Szellet* et nostris antea diu *spiritum* significauit: eo quidem, vt Codices MSS.

taceam, et Komjathius, et Siluester sic vtebatur. Est hoc *szellet* substantiuum absolutum ex antiquo verbo *szellem*, *szellel*, *szellik*, spiro; ex qua restat adhuc *szelló*, participium, quod in substantiuum abiit, *aura*, *ventulus*, *flamen*, *spiramen*. Aliquando conuenimus ergo et in hoc cum Lapponibus. Sed ad propositum redeamus. Occurrit porro *tsápenje*, nobis *egér*, Latine *mus*, a verbo *tsápet*, quod nos *tsípni*, *rágni*, dicimus, Latine *rodere*. Atque hoc iam tale est in hac participiorum serie, quod cum nostro, et significatione, et sono pulchre conuenit. Nam, si ex *tsápet*, more nostro infinitiui terminatione *et* resecta, radix *tsáp* relinquatur; haec cum radice nostra *tsíp*, in qua et nostri non pauci *í* vt *é* pronunciant, tanto euidentius consentiet; licet nos illi ampliorem tribuamus significatum, *mordet*, *pungit*, *vellicat*, *carpit*. *Tsápenje* ergo nobis *tsípö*. Apposite vero hoc ad murem significandum adhibent Lappones: nam *mus* reuera *rosor* est, seu participio expresso *rodens*. Tale est et alterum *tsiálenje piädnek*, nobis *tsaholó kutya*, Latine *latrans canis*. Infinitiui *tsiálet* terminatione *et* resecta superat radix *tsiál:* in qua si *h* euphoniae caussa inter vocales interseratur, erit *tsihel;* deinde vocalibus, molli *e*, et media *i*, in duras mutatis, per omnia demum nostrum *tsahol*. Vocalium voro mutationem ne in nostra quidem lingua esse insolitam quisque nouit: tanto ergo securius eadem vocalium mutatio adhiberi potest

in conciliandis vocibus gentium nobis lingua affinium. Et haec ergo, in quem finem praecipue adducta sunt, ostendunt harum gentium participia praesentis temporis superesse et hodie ea terminatione, qua olim nostra erant.

§. 58.

Sed illud iam videamus, quomodo olim ista participia esse potuerint. In hac ego re quandam analogiam obseruo. Participia nostra praeteriti temporis et hodie sunt ipsae tertiae personae praeteriti temporis modi indicatiui. Dicimus in actiuis, *sokat járt 's látott ember;* quae Latine, nisi in deponentibus, nequeunt exprimi: *multum peregrinatus et expertus homo;* aut certe relatiuo resoluta: *homo, qui multum ambulauit et vidit;* genuine, *multum ambulauit, et vidit homo,* sed hoc in Latino vitiosum est. Occurrunt eadem in neutris: *igen meg fáradött ló,* nimium defatigatus equus; *jól meg hízott marha,* bene saginatum pecus. Non desunt in passiuis: *kegyesen iratott levél,* benigne scripta epistola; *által olvastatott könyv,* perlectus liber. Eadem ergo fuit olim ratio in participiis etiam imperfecti temporis. Tertiae itidem personae praeteriti imperfecti, eaedem ipsae, nihil mutatae, erant etiam participia eiusdem temporis. *Terömtéje,* vt persona tertia, *creabat;* idem, vt participium, *creans, creator.* Cui subest tacita resolutio per relatiuum: *terömtéje,* qui creabat. *Terömtéje Isten-*

töl: ab eo, qui creabat, Deo: a creatore Deo. Eadem vero imperfecti persona, proprie imperfectum participium referens, dedit promiscue et praesens participium, quod exempla probant nostra, *éléje*, *terömtéje*, accommode sane: ille scilicet, qui coepit, sed nondum desiit; ergo manet adhuc, vel in actu adhuc est.

§. 59.

Ista quidem imperfecti formatio, *terömtéje*, *hallája*, fuit apud nos, vt media aetas docet, in forma tantum determinata verborum actiuorum. Manuscriptum quoque nostrum ita habet pluries. Sed idem manuscriptum et verbum neutrum formae indeterminatae, in tertia certe persona, sic inflexum esse satis clare indicat participio *éléje*, viuens: et Fennica quoque exempla quaedam de neutris sunt; quaedam, etsi de actiuis, tamen, si nostras spectemus coniugationum formas, alia de verbis formae indeterminatae, alia formae passiuae. Haec mihi non vanam iniiciunt suspicionem: huiusmodi imperfecti formationem olim latius extensam fuisse; etiam ad formam indeterminatam, et passiuam: *elém*, *éléd*, *éléje*; et *lakám*, *lakád*, *lakája*; pro hodiernis *élék*, *élél*, *éle*, et *lakám*, *lakál*, *lakék*. Fuerit imperfecti tertia persona *éle*, vixit, *laka*, habitauit, vt reuera est primum cum characteristica huius temporis vocali *e* et *a*, sed minus demonstrata: deinde, vt magis demonstraretur, accesserit ter-

tiae personae affixum pronomen *ő*, congrue in *e* et *a* mutatum, cum connectente, vel certe cum proprio potius, secumque allato, *j* euphonico, *élé-j-e*, *laká-j-a*,[1] amplius iam, ac certum significans, *vixit-ille*, *habitauit-ille*: in *lakája* pro *ő* venerit demum et *ik*, itidem tertiae personae pronomen, *ille*, prima combinatione *laká-ik*, habitauit-ille; deinde contractum, duarum vocalium in vnam mediam concretione, vt nunc viget, *lakek*; quae terminatio nobis est hodie forma passiua. Huius formae passiuae constans hodie ad formandam primam singularem personam affixum pronomen *ém*, cum congrua vocalis in breuem mutatione, etiam concretione in imperfectis, ipsum nempe *én*, *n* in *m* abeunte, praeter formam determinatam, vbi aeque sola dominatur, penetrat in ipsam etiam formam indeterminatam; in qua certe in praeterito perfecto constanter recurrit: *élt-em*, vixi; *járt-am*, ambulaui. Olim ergo idem *ém* liberius peruagatum fuerit et alia huius formae tempora, ad formandas primas eorum personas singulares. Sane apud gentes Fennicae originis formatiuum primae singularis personae frequentissimum, et fere vnicum, est idem hoc *ém*, procul dubio ex communi olim horum pronominum vsu. Etiam *ed*, apud nos tantummodo in forma determinata secundae singularis personae formatiuum, apud Esthones vero ad formandam eandem personam secundam aeque latissimi est vsus. Sed de his

plura, et ex proposito, in Elaboratiore Grammatica mea.

§. 60.

Secundum haec obseruata, vt iam de praesenti quoque participio aliquid inseram, et nostrum hodiernum, et pars magna Fennicorum, nostris etiam cum his gentibus olim communium, facile explicabitur. Praesentis nempe temporis tertia singularis persona itidem pro participio eiusdem temporis sumta est. Pronominum personalium ad formandas verborum personas latior olim, et promiscuus vsus, ad formam illam, quae hodie viget, determinatam, et indeterminatam, nondum restrictus, dedit praesentis temporis tertiam singularem personam, magis demonstratam, in prima rudi formatione, affixo dumtaxat pronomine *ő*; postea inualescente vocalium affinium, euphoniaeque maiore studio, eodem *ő* cum duris vocalibus in *ó*, etiam in *a* cum connectente, seu proprio, *j* euphonico; cum mollibus vero in *e*, etiam in *i*, mutato. Sic natae sunt eaedem personae, diuersa terminatione, ex minus demonstratis magis demonstratae: *ád*, *ad-ő*, *ad-ó*, *ad-j-a*, dat, dat-ille; item *lak*, *lak-ő*, *lak-ó*, *lak-j-a*, habitat, habitat-ille, vel etiam comessatur, comessatur-ille; pariter et *kér*, *kér-ő*, *kér-j-e*, *kér-i*, petit, petit-ille. Ad nos peruenerunt ex hoc variantium personarum vsu participia praesentia de prima formatione rudiore; *adó*, *lakó*, *kérő*, dans, habitans, vel comessans, petens.

Fuerint vero olim et illa altera sic vsurpata. Apud gentes certe Fennicas vtraque et hodie audiuntur, altera illa *andja*, *lakja*, mixta cum alteris *minnew*, *teggew*, pro nostris hodiernis *menö*, *tevö*, iens, faciens, ponens. Illa *röme andja*, *lakja mees*, quae praesens tempus praesefe-runt, nostris labiis expressa, sunt *öröm adja*, *lakja mives*, gaudium dans, comessans homo, exacte ad literam, gaudium dat ille, comessatur ille homo: participii significatione Latine sic fere resoluenda: ille, qui gaudium dat; ille, qui comessatur, homo. Reliqua, aeque praesentis temporis, seruato tamen vocalium numero, et sono nostro prolata, apud nos imperfecti formatione nata esse videntur: *veréje*, vincens, victor, qui vincebat; *hon épetéje*, domum aedificans, qui domum aedificabat; *kő tévéje*, lapidem ponens, qui lapidem ponebat; *tsipéje*, rodens, qui rodebat; *tsaholája*, latrans, qui latrabat. Atque haec, copiosius adducta, et lectionem meam abunde probant, et participiorum variantem olim formationem, vsumque, satis expediunt.

ISEMUCUT, UROMC, UROMCHOZ.

§. 61.

Sajnovitsius ad vocem *isemucut* hanc adiecit notulam: „Isemucut idem significare, ac *szü-*„*lönket*, seu patrem nostrum, progenitorem no-„strum, certum est. Radicem vero huius vocis,

„ seu *ifem*, quaerendam esse in antiquissima „ idiomatis Hungarici dialecto persuasus sum: „ quaenam autem illa sit, dicetur §. VI." Atque hic ille vsque ad Sinenses excurrit, adducta Patris Hel opinione, quam indefessus hic Vir sibi obortam refert ex perlustrato Sinico Bayeri Museo. „ Dum Lexica, inquit, ipsius Sinnica per„ currerem, multa profecto vocabula inueni, Vn„ garicis prorsus affinia. Et quoniam ibidem re„ peri vocem Sinicam *fem*, non solum vitam si„ gnificare, sed etiam idem denotare ac *genera„ uit*; in suspicionem adductus sum, vocem *ifem*, „ in veteri Vngarico Manuscripto supra conten„ tam, ex hac radice Sinica deriuatam esse, et „ omnino progenitorem significare." Sed rem accuratius expendenti patebit sane, vocis originem non esse tam longe repetendam: domestica enim est, viget et hodie, neque *isem* ea est, verum *is* tantum. Obseruatum namque est in hoc monumento plus vice simplici: vocalem *i* etiam vt *ö* sonare, ex. gr. in vocibus: *gimilcictul*, *gimilftwl*, *gimilfben*, *gimilfnec*: quae certe sic legi debent: *gyimöltsöktöl*, *gyimöltstöl*, *gyimölts-ben*, *gyimöltsnek*. Quare, si et in hac voce *is* vocalis *i* proferatur vt *ö*, audietur illico genuina vox Hungarica *ös*, qua et hodie vtimur, et quae huc quam accommodatissima est. *Ös*, auus nempe, significatione latiore progenitor.

Quamquam potuerit olim apud nos eadem vox *ős* etiam patrem significare. Nam apud Lappones et Finnos, licet et ipsi patrem proprie *atje* vocent, communi nobiscum vocabulo, nisi quod nos vocalem vltimam in *a* mutemus, *atya* scilicet, idem tamen *ise*, quod hic occurrit, et patrem denotat. In Sacra Scriptura Fennica, quae et Lapponum est, pater hoc semper vocabulo exprimitur. *Isä meidän*, Pater noster (Matth. V. 9.). *Nijnkuin Isae herättä*, sicut Pater suscitat (Ioann. V. 21.). *Isae tetaen duomitze*, Pater facit iudicium (Ibid. 22.). Etiam in Sacra Scriptura Esthonica. *Omma Issa nimmel*, In mei Patris nomine (Ioann. X. 25.). Secunda in *ise* vocalis nihil nos impedit. Habent enim hoc gentes istae, vt in aliis etiam vocibus, nobiscum communibus, vocales in fine addant, quae apud nos non audiuntur: quamquam, vt eorum Grammatici monent, et ipsi eas plerique absorbeant. Eorum *weri*, *wir*, sanguis; *keſzi*, *kez*, manus; *ſzalme*, *ſzeme*, oculus; *nikke*, ceruix; *ſzarvi*, *ſzarw*, cornu; a nobis sic proferuntur: *vér*, *kéz*, *ſzem*, *nyak*, *ſzarv*. Ergo et *iſe*, nobis *is*, rectius *ös*. Sed quid illa sibi volunt, quae voci, apud nos monosyllabae, praeter *e*, quod non repugno quondam et a nostris adiectum fuisse, tam copiose sunt affixa, *is-e-mucut?*

§. 63.

Vidimus supra, in explanatione verbi *vogmuc* (§. 26.), affixum pronomen primae plura-

lis personae *emek*, in verbis formae actiuae indeterminatae, ad formandam eandem primam pluralem personam, adhibitum fuisse, eius vocalibus congruenter mutatis, et priore quidem etiam absorpta, et retenta. Huius rei exempla erant, idem *vogmuc* saepius recurrens, et *uimaggomuc*; quae sic legi, *vagymuk*, *imádjamuk*. Idem pronomen *emek*, vt hic quidem locus clare ostendit, olim etiam nominibus pari ratione et integrum adiectum fuit, et contractum, pro nostro hodierno affixo *ünk*: vt nominum, quibus adnecteretur, relatio ad primam pluralem personam indicaretur. Atque hoc etiam more prorsus Hebraeo, vt in plerisque aliis, viguit: vt idem pronomen personale, verbis affixum, horum personam formaret; nominibus vero adiectum, eorundem relationem ad personam significaret. His praemissis iam facilis est eorum explanatio, quae voci monosyllabae *is*, siue *ös*, adiecta sunt in voce *is-emuc-ut*, quam sic lego *ös-emük-öt*. Iam explicui *ös* patrem, vel latiore significatu progenitorem, proprie vero nobis auum valere. Affixum illi pronomen *emük*, proprie *nos*, quem significatum habuit verbis adnexum; sed hic nomini adiectum valet *nostrum*: proinde *ös-emük* est *pater noster*, progenitor noster. Huic nomini iam in statu affixa additum est *et*, cum congrua vocalis mutatione *öt*, accusatiui casus formatiuum. Quapropter *ös-emük-öt* significat *patrem nostrum*, progenitorem nostrum. Nobis hodie *ösemük* est

ösünk: ösemüköt autem dicimus *ösünket*. Quamquam et ipse auctor manuscripti propius ad nos accessisset: si et in hac voce *isemucut*, quod paulo post ter fecisse obseruatur, syncope fuisset vsus, affixi pronominis *emuc* posteriore vocali expuncta, *isemcut*, *ösemköt;* quod certe pronius legissemus hodierno more *ösünköt*. Bis est in hoc manuscripto vox *uromc*, et semel *uromchuz*. In his *m* cum *c* comparens, expuncta *u* vocali, certe est ex *omuc*: proinde, iuxta priorem manuscripti formationem, retento integro *omuc*, sic essent hae voces, *uromuc*, *uromukhuz*, ex *úr*, dominus, et *omuc*, nos, sed in statu affixo *nos* iam *noster* est: *uramuk*, dominus noster; *uramukhoz*, ad dominum nostrum. Expunxit auctor manuscripti vocalem etiam ante *k*, ex pluralis numeri formatiuo, in voce *angelcut;* quod sequente illico et altera vocali *u*, ad accusatiui formatiuum pertinente, concursus consonantium *lk*, inter duas vocales *e* et *u* facile separabilis, ipsi durus non fuerit visus. Nam *angel* format pluralem *angeluc*, ex hoc postea accusatiuum *angelukut*, siue, vt rectius legi debet, *angyel*, *angyelok*, *angyelokot*. Sed ille satis habuit *angyelkot* scribere. Morem et in hoc sui aeui secutus est, sed qui ad nos vsque non peruenit. Alter vero, quo affixum pronomen *emük*, *amuk*, etiam contractum adhibitum est, adeo postea inualuit: vt integri affixi vestigium aliud nuspiam supersit, praeterquam in vnico isto monumento. Contra-

hendi rationem; et residuae vocalis congruam mutationem, iam superius attigi (§. 27.), vberius autem euoluo in Pronominum originibus, in Elaboratiore Grammatica mea.

ODUTTA VOLA.

§. 64.

Ego *odutta* lego *adotta:* hodie *adta* dicimus Faludianum *oda adta* non probo, quia *oda* est superfluum. Lectionem meam confirmat, quae sequitur, animaduersio. Ex locis compluribus clarum iam est in hoc manuscripto *o* plerumque pro *a* breui et obscuro esse: ergo et hoc loco. Verum quid sibi vult *u* illud intermedium? Hic illud pro *o* breui est, sicut in *pucúlnec*, quod nemo non videt legendum esse *pokolnek.* Porro sic rem expedio. Tertia singularis persona praeteriti temporis formatur assumto praeteriti characteristico *t*, sine vlla vocali, si id radix fert, et praeteriti formatio vltro apparet: ex. gr. *vár*, exspectat; *kér*. rogat; *várt*, exspectauit; *kért*, rogauit. Secus vero connectens congrua interseritur, et *t* praeteriti formatiuum geminatur. In radice *ád*, dat, idem *t* adiectum, quia radicis consonae *d* sono proximum est, non clare indicaret praeteritum *adt:* in hoc enim *t*, cum *d* iunctum, sonum eundem ederet. Quare interserenda est, vel potius resuscitanda primigenia huius formatiui vocalis, eaque con-

grua *o*, et *t* geminandum, *ad-o-tt*, dedit. Sic *fut*, fugit, ob eandem rationem, non *futt*, sed *fut-o-tt*. Deinde *ſzab*, sarcinat, concidit, aptat, et *kap*, rapit, quia *t* formatiuo assumto duriuscule sonaret, pariter non *ſzabt*, non *kapt*, sed *ſzab-o-tt*, *kap-o-tt*. Haec porro tertia singularis persona, olim integra, per syncopen prorsus non contracta, vt hodie fit, erat radix proxima, de qua formabantur personae reliquae eiusdem temporis, adiectis personarum formatiuis, idque in vtraque forma, indeterminata et determinata, sic vigebat. Proinde ab *adott* descendit *adottál*, *adottam*; *adottanak*, *adottatok*, *adottunk*: *adotta*, *adottad*, *adottam*; *adották*, *adottátok*, *adottuk*. Vides in his nostram tertiam formae determinatae singularem personam *adotta*.

§. 65.

Sed in his, et similibus, adhibita est serius contractio: quod characteristica praeteriti consona *t*, separata a radicis consona, et in pronunciando ad affixi pronominis vocalem relata, praeterita haec esse satis clare ostenderet. Proinde pro vetusto *adottál* serius *ad-t-ál*, pro *adottam* *ad-t-am*, pro *adotta* inualuit *ad-t-a*. Radices tamen primae, duplici consona terminatae, ex. gr. *mond*, dicit, *hall*, audit, illam tenent et hodie rationem. Quapropter a praeteriti tertia persona singulari, tanquam proxima radice, *mondott*, *hallott*, dixit, audiuit, reliquae eiusdem tempo-

ris personae et hodie sic deriuantur: *mondott-ál*, *mondott-am*; *mondott-a*, *mondott-ad*, etc. *hallott-ál*, *hallott-am*, *hallott-a*, *hallott-ad*, etc. Eandem legem sequuntur constanter et verba, simplici quidem *t*, sed eam consonam longa vocali *i*, vel *é*, praecedente, terminata: ex. gr. *vakét*, excoecat, *hevét*, feruefacit: *vakét-o-tt*, *hevét-e-tt*: *vakétott-a*, *vakétott-ad*, *vakétott-am*, etc. *hevétett-e*, *hevétett-ed*, *hevétett-em*, etc. Licet vero in illis superioribus contractio satis mature coeperit inualescere, exemplis etiam talibus, quae nos minus auderemus imitari, qualia etiam in Codice MS. Transl. Bibl. saepius recurrunt; ex. gr. a praeterito *futott*, fugit, *futtál* fugisti; *futtatok*, fugistis (Ruth. II. 2. et Zachar. XIV. 5.): deinde a *vetett*, posuit, *vetted* pro *vetetted*, posuisti (Baruch. II. 26.): sparsim tamen reperiuntur inter copiosa ista contracta quaedam etiam non contracta. In eodem Codice MS. leges similia. Hiottam az aziuſagot fǫldre (Aggaei I. 11.). Vocaui siccitatem super terram. Ettetec ⁊ iottatoc (Zach. VII. 6.). Comedistis, et bibistis. *Hiott*, et *iott*, hodie cum *v* euphonico dicimus, *hivott*, *ivott*: et haec, vt superius *adotta*, aeque *hivotta*, *ivotta*, formarunt. In Codice MS. Sermonnm Sacrorum de B. V. Maria, etiam a verbo *lát*, videt, talis recurrit formatio, *látotta*: *látották az angyelok*. Sic ipso hoc verbo vsus est et Scriptor Vitae Sanctae Margaretae Virginis. *Ezeket mikoron látották volna az ő gyer-*

meki (Editione Secunda pag. 162.). Haec cum vidissent eius filii. *Egyéb dolgait is látotta vala* (pag. 171.). Et alios labores eius viderat. Tenacitas proximae radicis et hodie superest in non paucis verbis apud vulgum. In Comitatu Neogradiensi si quem de plebe interroges, *evett e, ivott e kéd?* comedistine, bibistine? responsum accipies: *evettem, ivottam, Uram!* non vero, *ettem, ittam, Uram!* comedi, bibi, mi Domine!

HAZÓÁ, HALALÁÁL, KEGILMEHEL.

§. 66.

Faludius vocem *hazóá* legit *házójá*, litera *j* euphonica non male interiecta. Maluissem *v* interserere, *házává:* cum affixo nempe pronomine *a*, et mutatiui casus formatiuo expresso *vá:* vt clarior esset, et apertus illico, ille, qui hic requiritur sensus: *dedit ei paradisum in domum eius.* Nempe *ház* est domus; *háza* domus eius; *házává* in domum eius. Ad eundem sensum loquimur hodie magis per casum, vt dicunt, substitutiuum; sine affixo pronomine *házúl adta neki*; et cum affixo pronomine *házáúl adta neki.* Stat vero et Faludianum *házójá*, seu *házájá* potius, si hodiernae pronunciationi malumus obsequi: in quo *j* pro *v* sumtum esse intelligitur, quod vsu antiquo valuit. Habet enim Codex MS. Transl. Bibl. saepe *j* pro *v* affixi mutatiui consona. Azon napot zerzettec vigaſagoknac ieles innepeie

innepeie (Esther. IX. 18.). Eundem diem constituerunt esse solemnem epularum. **Bratkaia vallani** (II. Machab. VII. 24.). Habere in amicum suum. *Innepéjé* pro *innepévé*, et *barátjájá* pro *barátjává*. Quamquam ad hunc sensum vel absque *j* legi posset, *házáá*: imo, vt ipsum manuscriptum habet, etiam *házóá*, medio *á* in *ó* mutato, ad vitandam monotoniam. Adsunt exempla veterum, quae doceant casum mutatiuum, saepe neglecto *v* characteristico, scriptum fuisse: quod *v* litera, lenissime prolata, saepe etiam perierit. In eodem Codice MS. Transl. Bibl. vt alios praeteream, hunc locum lego: **Monnal semmie tartana mend egetrelmeket** (II. Machab. VII. 12.). Tanquam nihilum duceret hos cruciatus. *Semmié* pro *semmivé*. Confer cum his dicta superius (§. 43, 44, 45.), de vsu promiscuo, et neglectu, consonantium euphonicarum *v* et *j*.

§. 67.

Et ipse huius monumenti Scriptor, qui cetera literae *v* amore et vsu totus rapitur, idem *v*, vti hic, ita etiam in voce *haláláal* negligit, quam nos sic dicimus *halálával*, cum morte eius, vel sua. *Vel* postpositio, aequiualens Latinorum praepositioni *cum*, in similibus necessario exprimenda: et cuius consona *v*, dum vocibus vocali terminatis iungitur, manet certe immutata. Et idem ille pro hoc *v* alibi *h* ponit, *kegilmehel*, quod ita lego, *kegyelméhel*, hodie dicimus *kegyel-*

mével, eum clementia sua. Atque ex hoc etiam clare patet, quod paulo ante insinuaui, et alibi etiam attigi (§. 48.), *v* literam olim lenissime fuisse prolatam, vt adeo cum ipso *h* confusa fuerit. Palam est praeterea, vsu veterum, ad euphonicas consonas *j*, et *v*, accedcre et *h*. Quae quidem tres consonae, *j*, *v*, *h*, propter sonum leniorem olim confusae, et fere promiscue sumtae, satis delicatum habent et hodie discrimen. Et ex harum olim neglectu, dum tantum euphonicae erant, inualuit earundem neglectus, cum etiam verae fuerant, proinde necessariae, non mutabiles, affixorum partes, vt vidimus, et casus mutatiui, et postpositionis.

MEND.

§. 68.

Vt ex hoc monumento elucet, maiores nostri hac sola vocula *mend*, vel, vt nunc dicimus, *mind*, vsi fuerunt. Vbique enim *mind* ponitur, etiam pro *minden*: tametsi nunc clarum ac manifestum sit horum discrimen. Veteris vsus reliquiae sunt adhuc in *Mind Szent Napja*, Dies festus Omnium Sanctorum. *Mind Szent Hava*, mensis October, vtpote quem Dies festus Omnium Sanctorum claudit, seu terminat. Prout hoc et in ceteris mensibus denominandis apud nos viget, quibus plerisque Festorum nomina adhaeserunt, vel ex initio proxime sequentis mensis, vel ex

eodem ipso ad finem vergente. Sed ad propositum est redeundum. *Minden* hodie idem est, ac omnis: *mind* vero plerumque totum significat: *mind oda lett*, totum periit. Saepe etiam coniunctionis vicem obit: *mind én*, *mind te;* et ego, et tu. *Minden* a *mind* ita deriuatum esse vltro patet, licet mutata iam significatione; vti ab his, *úgy*, *így*, *imígy*, *hogy*, *itt*, *imitt*, *ótt*, *amott*, haec sequentia, significatione tamen retenta, solum ad voces ampliandas: *úgyan*, *ígyen*, *imígyen*, *hogyan*, *itten*, *imitten*, *óttan*, *amottan*. Vocem *mend* et *menden*, vocali *e* scriptam, Codices MSS. et Libri etiam prelo expressi, quo sunt vetustiores, eo frequentius et constantius habent. Censeo autem hoc *e* soni acuti fuisse, *ménd*, *ménden*, ac sensim, successu temporis, in *i* transiuisse, *mind*, *minden:* quemadmodum et quantitatis particula *nyi*, olim ita scripta *nye*, acui debuit, *nyé:* in compositis cum postpositione *re* certe vi incrementi producta est, *annyéra*, *mennyére*, dum et hic pedetentim in *i* demum abiit, *annyira*, *mennyire*.

§. 69.

Mind iunctum cum *nyáj*, grex: *mindnyáj*, totus grex; deinde in aduerbium migrans, *mindnyáján*, manet indeclinabile, adiectiuum tamen, idque pluralis numeri valet. Significatum adiectiui *omnis* apud Hungaros cum emphasi exprimit. *Mindnyáján* enim non simpliciter omnes indicat, sed veluti insistens poscit cunctos, qui

de grege sunt, nemine excepto. *Mindnyáján ott voltunk*, cuncti illic fuimus. In Lytaniis Maioribus, Omnes Sancti Dei, Omnes Sancti Apostoli et Euangelistae, sic potius exprimuntur ab Hungaris: *Mindnyáján Istennek Szenti, Mindnyáján Szent Apostolok és Evangyelisták:* non vero *Istennek minden Szenti, Minden Szent Apostolok és Evangyelisták. Mindnyáj* eleganter recipit affixa pronomina pluralia: *mindnyájunk, mindnyájatok, mindnyájok;* vnusquisque nostrum, nos omnes; vnusquisque vestrum, vos omnes; vnusquisque eorum, illi omnes. Idem *mind* recipit etiam *járt, járást, járton: mindjárt, mindjárást, mindjárton:* confestim, actutum, e vestigio, illico, ilicet: et hoc postremum, contractum ex *ire licet*, cumprimis exprimit. Nam *járt, járást, járton*, sunt aduerbia ex verbo *jár*, it, graditur, ambulat: *mindjárt* ergo quasi totus eundo, totus in motu, actutum.

§. 70.

In Párizpápaio sic scriptum reperio, etiamsi per errorem, non tamen erronee, *mindjártom.* In Grammaticis Obseruationibus meis ad Codicem MS. Transl. Bibl. Antiquitatum Literaturae Hungaricae Volumine III. collectis ex eo opere exemplis, doceo elegantem olim constructi participii praeteriti vsum. Eo referendum est et hoc *mindjártom*, ad primam singularem personam relatum, per affixum pronomen, quod per reliquas

etiam personas flexile est: ex. gr. *mindjártom érte leſzek*, curabo ilicet; *mindjártod érte léſzeſz*; curabis ilicet; *mindjárta érte leſzen*, curabit ilicet; *mindjártünk érte leſzünk*, curabimus ilicet; *mindjártatok érte leſztek*, curabitis ilicet; *mindjártok érte leſznek*, curabunt ilicet. Demum *mindjárton* aduerbium est, vt et alia participia praeterita, *ázottan*, *fáradtan*, madide, fatigato. Imperfectum quoque participium *járván* aduerbium est ex *járva* vero participio, vti et reliqua omnia huius classis. Inflexiones et hoc recipit per personas, assumtis affixis pronominibus: cuiusmodi exempla, aeque elegantia, ex eodem Codice MS. collecta, satis copiosa exhibeo. Eam rationem breuiter sic habeto: *járvám*, ego ambulans; *járvád*, tu ambulans; *járvája*, ille ambulans; *járvánk*, nos ambulantes; *járvátok*, vos ambulantes, *járvájak*, illi ambulantes. Horum exempla quaedam, integris constructionibus, ex veteribus desumta, dabuntur opportuniore loco (§. 175.) in explanatione participii *jutva*. Vtrumque demum participium, et praeteritum, et imperfectum, nominum more, etiam numeros, et casus recipiunt: *járt*, *járva*; *jártak*, *járvák*; *jártakat*, *járvákat*. Cetera ipse adde.

GIMILCICTUL.

§. 71.

Vocem hanc, in nostro hoc manuscripto varia terminatione recurrentem, *gımılcıctul*, *gımıL*

cetul, *gimılſtwl*, *gimılſben*, *gimılſnec*, ego sic legi: *gyimöltsöktöl*, *gyimöltstöl*, *gyimöltsben*, *gyimöltsnek*, prima vocali *i* in *ü* non mutata, vti pronunciatione hodierna mutari debuisset, etiam facilioris soni gratia, propter dominantem in hac voce *ö* vocalem, cui *ü* familiarior est. Volui aliquid antiquitati tribuere. In Codice MS. Transl. Bibl. vocalis *ü*, in quibus vocibus ea aetate viguit, singulari nota ů, vel ꝩ, fideliter in iis expressa recurrit, nunquam tamen in hac voce: quod clare indicat, huius manuscripti aeuo in prima vocis istius syllaba potius *i* vocalem, quae constanter in ea recurrit, dominatam fuisse. ǫ ğimǫlꝣǫ igen ſoc (Dan. IV. 9.). Fructus eius nimius. Ğimǫlꝣǫt ſemmiꝁeppen nêm teʒnec (Osee IX. 16.). Fructum nequaquam facient. Megtǫrtem ǫ ğimǫlꝣèt (Amos II. 9.). Contriui fructum eius. In Sacris Sermonibus MSS. de B. V. Maria pariter *i* sonus in ea regnat: vbi et consonam primam, exemplo singulari, pro *gy* molli, perpetuo *d* habet, soni vtpote facilioris. Eʒ fanaꝁ dymevlchebevl. De huius arboris fructu. Te mehedneꝁ dymevlchebevl. De ventris tui fructu. Aʒ aʒyv veʒʒev leleteeꝁ viragoʒuaan es dymevlcheʒveen. Virga arida reperta est florescens, et fructificans. Familiare fuit huius Codicis Scriptori pro *gy* potius *d* consona vti etiam in verbo vadnaꝁ, sunt. Sed huius exempla frequentiora recurrunt, et apud Telegdium, et apud alios. Singulare est, quod idem Telegdius habet, etiam *dil-*

kosság pro *gyilkosság*. *Mojses tiltotta a' dilkos-ságot* (Part. III. pag. 153.). Moyses prohibuit homicidium.

MUNDA NEKI ELNIE.

ÖVDANIA, KETNIE, IOCHTOTNIA.

§. 72.

Constructiunculam, *munda neki elnie*, ita lego: *monda neki élnie*. Est hic infinitiuus constructus, seu determinatus, per affixum pronomen, relatione ad tertiam singularem personam expressa, *élnie*: qualem in duobus praeterea huius monumenti locis videre licet: *kinec odut hotolm ovdonia es ketnie*, deinde *iov felevl iochtotnia ilezie vvt*: quae sic lego: *kinek adott* (*adatott*) *hatalm ovdania, és kötnie; jó felől ioktatnia élefz-je vöt* (*ötet*). Infinitiuis constructis vtendi ratio elegans est apud Hungaros, et compendiosa. Quae tamen hodie parcius adhibemus: apud vetustos contra adeo frequentia sunt horum exempla, et quidem praeter verba illa, quae in Grammaticis Praeceptionibus exponuntur, *kell*, *illik*, *leſzen*, item *vagyon* expressum, ac subintellectum, idque iam solum, iam cum substantiuis nonnullis, atque adiectiuis, et praeter huius negatiuum *nintsen*, cum aliis etiam verbis quam plurimis, ob longam desuetudinem adeo raris, ac singularibus; vt iis lectis plerique, linguae patriae minus periti, non modice adhaerescant.

Vtinam vero frequentiorem horum vsum resuscitaremus! In his saepissime, si Latine reddantur, nihil nisi infinitiuus est ab altero verbo finito dependens: sed, cum elegantia, quam ego inesse puto, constructio redditur magis definita, infinitiuo ad personam, ad quam spectat, aperte relato. Deinde, quae ego compendia voco, sane elegantia, pulchre exprimuntur hoc pacto constructiones Latinorum infinitae, vt sunt illae, quae fiunt omissis particulis *quod*, et *vt*. Reddunt praeterea hi nostri infinitiui constructi eorundem etiam gerundia; non raro casus absolutos, aliosque, cum participiis.

§. 73.

Mihi certe studio adeo peculiari dignus visus est hic vsus: vt eum in Grammaticis Obseruationibus meis ad Codicem MS. Transl. Bibl. in quo omnium frequentissimum reperi, prolixius explicandum, et illustrandum esse putauerim; collectis, et ex ipso hoc opere, et ex aliis Scriptoribus non paucis, talium constructionum exemplis quam vberrimis, alphabetico ordine digestis, quod verba finita, et nomina spectat, quae infinitiuum constructum olim admiserunt. Quod dixi, Latinorum compendia his pulchre exprimi, hoc quidem clare docent vel ipsa huius nostri monumenti exempla. *Monda neki élnie:* dixit ei viuendum, vescendum. *Kinek hatalm adatott ovdania, és kötnie:* cui potestas data est soluendi,

et ligandi. *Jó felől ioktatnia élefzje öt:* ad partem dextram collocandum viuificet eum. Vt nonnullorum desiderio aliquid deferam; qui fortasse cuperent plura his similia et hoc loco videre: praerepta quaedam exempla hic subiicio ex illa mea, quam indicaui, collectione, et ea pleraque Scriptorum magis probatorum. *Azt parantsollya az Apostol visgálnunk* (Medgyesius pag. 95.): Hoc nos iubet Apostolus peruestigare. *Kiknek lehetetlen is nem idvezűlniek* (Idem pag. 109.): Qui neque possunt non saluari. *Méltóztatol, Uram! fzemedet réa vetned a' te kezed' munkájára* (Pázmánus Libr. Prec. pag. 125.): Dignaris, Domine mi! oculum tuum coniicere in opus manus tuae. *Mit hafználna világra fzűletnem* (Idem pag. 226.): Quid prodesset me in mundum nasci? *Nem reftellem beueb befzeddel, azt elötökbe adnom* (Telegdius Part. III. pag. 5.): Non me piget hoc prolixiore sermone vobis proponere. *Nem akarok hofzu befzedet fzaporetanom* (Idem pag. 35.): Nolo longum sermonem texere. *Elegge meg adá ertenűnc* (Idem pag. 428.): Satis dedit nobis ad intelligendum. *Aual merec dichekednem* (Idem Part. II. in Praef.): Eo audeo gloriari. *Nem engede az eppéteft elkezdeniec* (Idem Part. II. pag. 309.): Non admisit eos aedificationem inchoare. *Mit árt halgatnom* (Idem Part. II. pag. 549.): Quid mihi nocet tacere? *Egynehany atyafiaknak ő magat latnyioc ada* (Gallus Anaxius e iij): Aliquot fratribus se videndum praebuit.

Kiuanſagom vagon tü hozzatok mennem (Silueſter ad Rom. XV.): Desiderium habeo ad vos eundi. *Kyuanlak tykteketh lathnom* (Komjáthius D. 7.): Desidero vos videre.

HEON.

§. 74.

Notat hoc loco Sajnovitsius, ex sensu intelligi, *heon*, vel, vt ego me recte legere puto, *hean*, idem esse, ac hodiernum *tsak*, id est, tantum, dumtaxat, solum. *Hean tiltá vöt egy fa gyimöltsétöl:* Prohibuit eum ab vnius tantum arboris fructu. In lectione mea muto *o* in *a* breue, tum ex obseruatione mea, in pluribus huius monumenti vocibus facta, tum propter Turcicam, et simillimam, et eiusdem prorsus significationis vocem, *heman*; in quam *m* medium irrepsit tantum, vel nostri maiores id ex communi olim vocabulo expunxerunt. Eandem vero, quem exposui, particulae *hean* significatum satis confirmare videtur et alter huius monumenti locus, aeque clarus: *Nem hean magának, de ménd vô fajának halalot evék;* Non tantum sibi, sed toti generationi suae mortem comedit. At multo planiora dat vsus eiusdem certe voculae apud Fennos, et Esthones. Fennorum *wain, waan, w,* halitus signo, in *h* mutato, *hain, haan,* est ipsum vetus hoc nostrum *hean*, coniunctio aduersatiua, exponente Vhaëlio, sed, autem. Esthonum *waid*,

waide, tantum *n* in *d* mutato, quod in his linguis frequens est, cum Fennico significatione congruit, et patet latius, vt Hupelius reddit, aber, nur, sondern, sed, tantum, verum. Quare *hean* et tantum valet, vt iam expositum est; et alias hic adiectas significationes apte recipit. *Hean tiltá vőt egy fa gyimöltsétöl:* Verum prohibuit eum ab vnius arboris fructu. *Nem hean magának, de ménd vő fajának halalot evék:* Non autem sibimet, sed toti generationi suae mortem comedit.

WT, UVT, VVT.

§. 75.

Triplex ista scriptio, *wt*, *uvt*, *vvt*, vnicum exprimit sonum, vt ego legendum puto *vőt*, praemisso antiquorum halitu obscuro, de quo agam postea (§. 108.), eo autem neglecto, *őt*. Est accusatiuus casus primus, et proprius, pronominis personalis *ő*, is; *őt* ergo valet *eum*. Accusatiui enim formatiuum verum est *et*: commune cum Hebraeis, אֵת (*eth*), אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ (*éth haschschâmaim vèth hààretz*), coelos et terram. Nostrum mollem suam vocalem propriam et accommodat ad radicum vocales, et negligit saepe, relicta pro formatiuo sola *t* consona: ex. gr. *szeg*, clauus, *szeget*, clauum; *gond*, cura, *gondot*, curam; *ember*, homo, *embert*, hominem; *zsinór*, zona, *zsinórt*, zonam. Pronomina demonstratiua *az*, ille, *ez*, iste, horum poste-

riorum more, solo *t* aucta, dant primum ac proprium accusatiuum, *az-t*, illum, *ez-t*, istum: ita et *ö*, is, assumto eodem solo *t*, dat verum accusatiuum *ö-t*, eum. Vsu tamen inualuit, vt de tribus istis accusatiuis, *azt*, *ezt*, *öt*, adiecto iterum accusatiui formatiuo integro, cum congrua vocalis mutatione in *azt*, geminatus habeatur accusatiuus, *azt-at*, *ezt-et*, *öt-et*. Et hoc quidem postremum *ötet* hodie, notissimum, et vsitatissimum est; alterum vero simplex *öt* paucis cognitum; et ii etiam, qui eum norunt, ob maiorem nihilominus ignorantium copiam, non facile adhibent. Pro quo tamen, vt taceam de optima duce etymologia, stat et auctoritas veterum ex vsu constanti. Certe recurrit ille saepissime in Codice MS. Transl. Bibl. **Ez vtan ọt z ọ fiaẏt zegezec akereztre** (Esther. IX. 25.): Denique ipsum, et filios eius, affixerunt cruci. Vtitur eo quam frequentissime etiam Tinodius. *Fogua öt beviuéc Bihar Varadra* (c. 3.): Captum eum induxerunt Bihar-Varadinum. *Mert öt az ö büne megvakitotta* (G. 1.): Nam ipsum peccatum eius excoecauit. *Hogy kegyetlen lenne, öt azon inté* (f. 4.): Quod crudelis esset, de eo ipsum monuit. Omitto alios.

G E.

§. 76.

Particulam nostram *de*, Latine *sed*, *verum*, *at*, multis locis vulgus et hodie molliter pronun-

ciat, *gye: gye bizony*, at sane; *gye legény*, at tu iuuenis. Quare etiam scriptionem hanc vetustam *ge*, certe et olim molliter prolatam, non addubitaui ita et nunc in lectione mea molliter exprimere. Antiquissimam esse istam huius particulae formam patet Esthonum exemplo: quibus *agga*, Hupelio interprete, idem omnino est, aber, sondern, sed, verum, at. De quo si tollamus in principio vocalem, vt in multis aliis vocibus, nostro quidem more superfluam, sublata hoc ipso et consonae geminatione: residuum est *ga*, nostro *ge* prorsus geminum. Hoc *ge*, molliter pronunciatum *gye*, certe primigenium, temporum successu mutauimus in *de*. Et frequens est in nostra lingua harum consonantium mutua alternatio. Primum quidem consonae *d* mutatio in *gy* molle manifesta est in voce *fegyelem*, disciplina, redargutio, correptio: item in huius radice *fegy*, redarguit, corripit, quod hodie *fed* dicimus. Occurrit hoc verbum in Codice MS. Transl. Bibl. Erősse fondaltad őtet, hog fegnel (Habac. I. 12.): Fortem fundasti eum, vt corriperes. Multo autem frequentius est deriuatum eius. Ez lelte fegelemnec menden vtat (Baruch. III. 37.): Hic adinuenit omnem viam disciplinae. Fuit idem et aliis familiare, et hodie quoque viget. Vide vel Párizpápaium. Obseruabis apud hunc *d* consonae mutationem in *gy* etiam in voce *szelíd*, mitis, mansuetus, cicur, quam veteres *szelígy* dixerunt. Eius deriuatum habet Komjá-

thius *zelegyfegh* (Ad Galat. V.), lego *fzelégy-ség*, hodie *fzelédség*, et *fzelidség*, mansuetudo. Fuit vero et hoc in vsu, vt *gy* vicissim in *d* mutaretur: ex. gr. *vadnak*, *dimölts*, *dilkosság*; pro *vagynak*, *gyimölts*, *gyilkosság*; quae exempla iam supra attuli (§. 71.). Addo et *t* consonae, quae est consonae *d* sono vicina, exemplum singulare: hanc quoque mutatione de *g* duro esse in hodierna particula *söt*; imo; quae olim *sög* fuit, a Siluestro certe saepe vsitata. **Sög ebben örüljetek**: Imo in hoc gaudete. **Sög dicziretet tegyen az istennek**: Imo gloriam faciat Deo, glorificet Deum. (I. Petri IV.). Est huius exemplum hodieque vulgare in *ismég* et *ismét*, vsu promiscuo iterum, denuo.

§. 77.

Habet vero idem *gy*, molliter pronunciatum, et aliam purioris soni consonam, *b* nempe, quam in voce *jobb*, melior, dextera, manum intellige, aeque in sonum suum mutauit, vsu vetustorum. His *jogy*, cumprimis pro dextera, valde familiare fuit. Inde *Szent Jogy*, Sacra Dextera Apostolici Regis Sancti Stephani. *Zent Iog* erat vetusta scriptio, qua nonnulli luduntur, et *jog* putant, vt scriptum est, puriore sono pronunciandum esse: cum affixo pronomine *jogja*, non *jogyja*; vel, sine *j* connectente euphonico, *joga*, non *jogya*. Sed hos erroris admonere posset verbum *gyógyúl*, quod natum est

ex *jobbúl.* Mutatum est in hoc primo tantum *bb* duplex, comparatiui formatiuum, in *gy* molle. Habet locum singularem Codex MS. Transl. Bibl. Higgüc mid iogolasonkra nem vezedelmęnkre (Iudith. VIII. 27.): Ad emendationem, non perditionem nostram, credamus. *Jógyúlás*, emendatio, certe, quod cuique vltro patet, ex *jógyúl* est, cuius significatio *emendatur* secundaria est, primaria, et propria *melior fit*, ipsum nempe *jobbúl*, non corrupto comparatiui formatiuo. *Iogulas* vero, et primitiuum eius *iogul*, sic pronunciandum esse, vt ego pronunciaui, *jógyúlás*, *jógyúl*, docet sonus hodierni verbi *gyógyúl*. Veteres defectu adhuc signorum, aut, si nota iam erant, eorum vsu rariore, neglexerunt literas emolliendas iisdem notare, praesertim in vocibus magis obuiis. Et *gyógyúl* diu hac significatione acceptum est, *emendatur*, non vero illa translata, quam nunc habet, *sanatur, curatur*. Pro hoc veteres alio vtebantur verbo: *vigaſzik*, sanatur, curatur; et *vigaſzt*, sanat, curat. Quae secundus Editor Vitae Sanctae Margarethae Virginis, iterum ignoratione antiquitatis, non apte explicat in notis: *tökélletességgel meg vigaſzék*, perfecte curatus est; *vigaſztaltaték*, ait ille (pag. 143.), hoc est, consolationem percepit, laetificatus est: *engemet az én testemnek nehéz kórságából meg vigaſzthatſz*, me de corporis mei graui morbo curare potes; sed ille et hic *vigaſztalhatſz* habet (pag. 118.), consolari, laetificare

poteſ. Vt vero Codices MSS. deinde Komjáthium, Pesthium, Siluestrum, aliosque praeteream vetustiores, eadem verba et Telegdius illa adhuc significatione adhibuit, quam modo dedi. *A betegekre kezeket teſzic, es meguigaſznac* (Part. II. pag. 202.). Haec in Euangelio apud Marcum (XVI. 8.) Latine sic leguntur: Super aegros manus imponent, et bene habebunt. Adducit loco alio verba Oseae (VI. 2.): *Megvér, es megvigaſzt* (Part. II. pag. 265.): Percutiet, et curabit nos. Mature tamen coeperit et *gyógyúl* hoc etiam significatu pollere, vt coniicio ex Komjáthio. Reperi enim apud hunc, vt ipsius erat mos, et *vigaſztás*, et *gyógyétás*, simul iuncta, ad maiorem versionis claritatem. Et quod ad rem meam multum facit, hoc quoque significatu, retinuit adhuc vox ista *j* consonam, cum tanto certiore originis suae indicio, *jógyétás*, sanatio, curatio. *Megvygaztaſſoknak* (*iogyetáſoknak*) *ayandokyt* (I. Corinth. XII.): Curandi dona, sanitatum gratiam. In *jógyúl* demum etiam *j* in *gy* migrauit, *gyógyúl*, eodem modo, quo in *gyere* vulgi sonus auditur, *veni*, *adesdum*, quod tamen curatiores *jere*, et scribunt, et pronunciant, natum procul dubio ex *jár*, mutata vocali. Apud Persas idem *gyere*, vt Beregſzáſzius adducit, retenta eadem significatione, densiorem obtinuit sonum, *dere*: a leni gradatim huc descendentem, *jere*, *gyere*, *dere*. Eodem modo abiit *j* in *gy* in verbo *gyógyúl*, vt alio etiam exemplo rem assumtam adhuc probem;

bem; quo id in *gyal* mutatum esse clarum est ex vetusto *jal*, hodie *láb*, pes, communi olim nobis cum Fennicis gentibus vocabulo, inprimis cum Esthonibus: ex quo ortum est nostrum *gyalog*, pedes; *gyalogság*, peditatus: sicut ex *ló*, equus, natum *lovag*, eques; *lovagság*, equitatus. Atque hoc pacto etiam tertia datur consona, *j* nempe, quae amet in *gy* transire. *Gyógyúl* ergo, quo sono pronunciatur, cum duplici mutatione, clare docet, etiam simplicis, ac primae mutationis sonum in *jogyúl* non *jogúl* esse. Ex hoc porro, resecto verbi formatiuo *úl*, quod residuum est, id quoque *jogy*, non *jog*, pronunciandum esse vltro consequitur.

MERET.

§. 78.

Postpositionem *ért*, pro, ob, propter, quae et sic affixa in hoc monumento legitur in voce *lilkiert*, certum est et hodie resolui, vocali *e* interiecta, et consona *t* geminata, *érett*, cum affixis videlicet pronominibus: *érette*, *éretted*, *érettem*, *érettek*, *érettetek*, *érettünk*. Veteres vero, vt hic locus clare docet, etiam cum *mi*, quid, resolutum adhibuerunt, *miérett*, pro hodierno *miért*: et, quemadmodum nos hoc nostrum contrahere solemus, *mért*, vocali *i* per sequentem elisa; vltro liquet, ita et illud antiquum ab iis contrahi consueuisse, *mérett*, quamobrem, qua-

propter, quare. Et haec est meae lectionis apta, opinor, et sufficiens probatio: vt necessum non habuerim a manuscripti apicibus recedere; quod Faludius fecit, substituto huic *mérett* hodierno nostro *miért* integro, prout nos id ex *mi* et *ért* compositum adhibemus. Hoc ita explanato, valde probabile est, veteres et his vsos fuisse, *azérett*, *ezérett*, pro nostris *azért*, *ezért*.

ENEYC.

§. 79.

Neque hic recedo a manuscripti apicibus: *eneyc* lego *enéik*, vel, geminata etiam consona, *ennéik*, comederet, cum clariore vi demonstratiua, comederet ille. Atque hic inprimis est locus ille, qui mihi in Formatione Personarum formae, vt vocamus, passiuae, plenam affudit lucem. Valde negligitur hodie, vel corrumpitur potius, tota haec verborum forma passiua, praesertim in verbis significatione actiuis, et neutris: coguntur que induere formam indeterminatam, cumprimis in imperfecto vtroque, et subiunctiui praesente, quod cum imperatiuo conuenit. Auctor quoque Proludii in Institutiones Linguae Hungaricae, vt inundantem praeposterum hunc vsum roboraret, ignorata personarum vera et etymologica formatione, satis longa disceptatione (a §. 95 vsque 100.) in auia abducitur: formam optimam, plurium seculorum vsu per ve-

ros Hungaros stabilitam, priuati, popularis abusus nomine afficit; eam magna contentione euertere, ac tollere, coniugationumque formas constringere connititur. In Magna quoque Grammatica Debretzinensi non leuiter peccatum est: quod malo huic vsui a Viris optimis, et doctissimis, eius Grammaticae Concinnatoribus sane industriis, tam noxio exemplo tantum sit indultum. Quam enim concitarunt de se opinionem, iustam quidem illam multis nominibus: se linguae Hungaricae apprime esse peritos, proinde in ea etiam arbitros esse certiores: hac auctoritate vulgus reliquum, tardum, vel ineptum etiam ad inuestigandum, huius societatis factum in Verborum Paradigmatibus, tanquam certum, explorato consilio natum, coeco impetu sequetur, acriterque tuebitur. Hi Viri, etsi illam quoque formam optimam, pro qua pugno, adhibeant; admittunt tamen et praeposteram illam, proximi tantum saeculi annis posterioribus, linguae inscitia, infeliciter natam, lateque inundantem; neque solum admittunt, sed praeferunt etiam, in suis Paradigmatibus. Primum enim ac praecipuum assignant locum male natae soboli, spuriae, e Paradigmatibus iure aequo eliminandae; et illam genuinam, propriam, domesticam, vnice adsciscendam, tanquam humiliorem, inferiore collocant sede. *Tsalódjon, v. tsalódjék. Verődjön, v. verődjék. Tsalódna, v. tsalódnek. Verődne v. verődnék.* Magnae tamen Viris clarissimis

habendae sunt gratiae: quod non etiam in imperfecto indicatiui audierint errantis turbae morem: *tsalóda*, *v. tsolódék; verőde*, *v. verődék;* non etiam in futuro subiunctiui: *tsalódand*, *v. tsalódandik; verődend*, *v. verődendik*. Valde est dolendum, Farkasianam quoque Grammaticam, quae nihil fuit aliud, quam Grammatica Pereſzlényiana, ex Latino in Germanicum translata, Dialogisque, et Vocabulario aucta, editione praesertim postrema (anni 1798), his quam maxime degenerantis vsus vitiis foede corruptam esse, ipso quidem Pereſzlényio vel in cineribus multum indignante. Quorundam haec peccata, et linguae vulnera, toti iam Hungariae inuruntur a Transiluanis: qui formam vetustam, et probatissimam, egregie conseruant; et editis Grammaticis, hac quidem parte melioribus, fere soli sustinent. Ad laudem, et commendationem, insignis est in his Grammatica Szent-Páliana. Renituntur vero praepostero huic vsui et de nostris non pauci: vt illa proinde macula, priuatorum tantum vitio tribuenda, vniuersae genti nostrae sine iniuria adspergi non possit.

§. 80.

Me quidem hic error, in dies magis magisque inualescens, cumprimis impulit ad singularem Disquisitionem Grammaticam de Coniugationum Formis diligentius conscribendam: quam Elaboratiori Grammaticae meae inserui. Nihil

tamen impedit, vt, et hoc *ennéik* clarius explicem, et isti errori saepius obsistam, per occasionem, hoc etiam loco, satis magnam partem, me fere eadem retexere. Tot sunt Coniugationum Formae admittendae: quot sermo noster patrius, longo et constanti vsu, adhibuit, reuera distinctas; tres nempe, vt ego mallem compellare: duas indeterminatas, seu planas: primam quidem indeterminatam radicis nudae; alteram indeterminatam radicis auctae, quam vulgo iam passiuam dicunt: ac tertiam demum formam determinatam. Affixa formatiua diligentius sunt excutienda; ne, terminationum similitudine eadem esse, proinde sine ratione confundi, putentur.

§. 81.

Forma prima indeterminata ea est; per quam verba inflectuntur radicis nudae, ea nempe, quae tertiam praesentis temporis singularem personam habent simplicem, ad maiorem vim demonstratiuam paragogico *ik* non affectam: ex. gr. ex actiuis, quorum ingens est copia, *dítsér*, laudat; *takar*, tegit: ex numero pure neutrorum fere tam frequentium, *retteg*, trepidat, pauet; *ballag*, lente procedit: iterum ex neutris, si tamen Latine reddantur, significationis quodammodo passiuae, aeque admodum copiosis, *ébred*, expergiscitur; *fúlad*, suffocatur; *feszül*, intenditur, expanditur; *tágúl*, dilatatur. Haec tertia persona *radix* dicitur, et discriminis quidem caussa,

quod paulo post vltro patescet, *radix prima:* quod ab illa fiant, vt apud Hebraeos, omnes reliquae personarum ac temporum formationes, Assumit ea, in prima hac forma indeterminata, ad formanda tempora, temporum notas characteristicas: et iis assumtis, in vnoquoque tempore, excepto imperatiuo, manet adhuc tertia persona, sed minus demonstrata: et est simul *radix* iam *proxima* ad formandas sui temporis personas reliquas vtriusque numeri per affixa personalia. Est vero et latioris vsus, tam ipsa prima, quam proxima quaeque talis radix, Adhibetur enim in reliquis etiam formis, et in secunda indeterminata, seu passiua, et in forma determinata, ad formandas homologorum temporum personas harum formarum magis demonstratas, Et prima quidem forma indeterminata, in tertiis singularibus personis spectata, latet reuera in vtraque forma posteriore: debetque ad formationes in his rite instituendas necessario praemitti,

§. 82,

Primae formae indeterminatae radix prima, multiplici est terminatione, per totum fere alphabetum excurrens, Proximae radices, assumtis notis characteristicis, definiuntur, ad certum, et exiguum terminationum numerum redactae, Characteristica primi imperfecti nota est vocalis *e* vel *a: dítsér-e*, laudabat; *takar-a*, tegebat; praeteriti vero est consona *t: dítsér-t*, laudauit;

takar-t, texit: imperfecti secundi est syllaba *na*, vocali congruenter mutata *ne: dítsér-n-e*, laudaret; *takar-n-a*, tegeret: futuri demum subiunctiui notà est aeque syllabica *and*, cum congrua vocalis mutatione *end: dítser-end*, laudauerit; *takar-and*, texerit. Et istae, vt iam dixi, sunt vna tertiae singulares personae, sed minus demònstratae. In solo imperatiuo, proinde et subiunctiui praesente, habet tertia singularis persona discrimen demonstrans, pronomen personale antiquum *ön*, is, ille, eius vocali in congruam *e* vel *o* mutata: *dítsér-j-en*, laudet ille; *takar-j-on*, tegat ille. Nam huius nota characteristica, primae radici adhaerescens secundam format personam: *dítsér-j*, lauda; *takar-j*, tege. Porro secundae in hac forma personae duas habent terminationes: alteram *ſz* consonàm, in tempore praesenti modi indicatiui, et in futuro subiunctiui; alteram in reliquis temporibus consonam *l*, excepto imperatiuo, cuius secunda persona obtinetur adiecta modi huius characteristica consona *j*, paulo ante in exemplis indicata, certis tamen casibus in sibilum mutabili, *s*, *ſz*, et *z*. Formatiuum *ſz* resectum est ex antiquo pronomine personali *eſz*, tu. Terminationem *l* dat alterum antiquum itidem pronomen personale *ál*, tu, cum varia vocalis suae mutatione. Primae demum singulares personae in consonam *k* desinunt, per omnia tempora, demto praeterito, in quo *m* regnat, seu ipsum pronomen *ém*,

natum ex *én*, ego. Terminationem *k* facit antiquum pronomen personale *ék*, ego, cuius vocalis aeque variat. Exoleta haec pronomina euoluo in Elaboratiore Grammatica mea. Et his terminationibus, tam variis, differt forma prima indeterminata a forma altera indeterminata, seu passiua, multo simpliciore, in singulari dumtaxat numero: nam in plurali forma vtraque per omnia consentit.

§. 83.

Iam secunda indeterminata forma, seu passiua, vltro intelligitur ea esse; cuius radici primae, aeque, ac in forma superiore, multimode terminatae, consuetudo vetustissima *ik* paragogicum affixit, idque adeo tenaciter; vt, per omnia tempora, excepto praeterito, accedentibus per formam primam notis characteristicis, ipsum quoque omni retro acta aetate, cuius supersunt reliquiae, perpetuo adhaerere debuerit; proinde et nunc adhaerere debeat. Dico autem istud *ik* antiquum esse pronomen tertiae singularis personae, is, ille, ipse, idque, vt reliqua pronomina nostra pleraque, communis originis cum Hebraeis. De quo etsi ex proposito agam vberius in Elaboratiore Grammatica, iam saepe memorata; vbi pronominum nostrorum origines singillatim euoluo: nequeo tamen eius vsum in sua forma singulari ita explanare; quin id prius reuera pronomen esse et hic satis demonstrem.

§. 84.

Fuerunt illae nudae aliquando radices, quibus hodie hoc paragogicum *ik* in praesenti adhaeret. Probat hoc earundem radicum per tempora inflexio. Resecatur primum personale hoc affixum, nudis deinde radicibus accedunt temporum notae characteristicae, atque tum iis ita iam auctis iterum adiungitur. Sic nempe accedunt et reliquarum personarum affixa formatiua: quae cum pronomina sint, vel certe pronominum partes resectae; etiam *ik* pronomen esse debet, verbis eadem ratione affixum. Sed hoc videamus cumprimis tantum in singularibus tertiis personis, in quibus propior est comparatio. Formatio certe prima indeterminata, vt iam supra (§. 81.) indicaui, in tertiis singularibus personis, et pro hac secunda forma indeterminata, seu passiua, et pro forma determinata, per omnia tempora praemittitur. In prima forma indeterminata tertiae singulares personae sunt minus demonstratae: ex. gr. *kér*, petit; *kérj*, pete; *kért*, petiit; *kérend*, petierit: *ír*, scribit; *írj*, scribe; *írt*, scripsit; *írand*, scripserit. Ex his ipsis, vt proximis radicibus, demonstrantur eaedem aperte in forma determinata per affixum personale *ő*, is, ille, ipse, in *e*, *i*, et *a*, congruenter mutatum, pro ratione vocalium in radice sonantium, prorsus nominum more: *kér-i*, petit ille hoc; *kérj-e*, petat ille hoc; *kért-e*, petiit ille hoc; *kérend-i*, petierit ille hoc: *ír-j-a*, scribit, et scri-

bat ille hoc; *írt-a*, scripsit ille hoc; *írand-j-a*, scripserit ille hoc. Quae, hoc affixo aucta, duplici pollent vi: vna tertiam singularem personam, vt dixi, aperte demonstrante; altera rem determinatam, in quam verbum agit, innuente. Placuit maioribus nostris, qui demonstrate amarunt loqui, etiam in prima forma indeterminata, licet in vnico tantum tempore, et in paucis admodum verbis aliquanto latius, nudis radicibus, vtpote minus demonstratis, claram tertias singulares personas designandi vim addere per affixum pronomen *ön*. Eodem modo, maiorum voluntate, cum in secunda etiam forma indeterminata, seu passiua, formatiuum *ik* iam vberius, per omnia tempora, excepto praeterito, radicibus accedat: in comperto est, idem *ik* pariter pronomen spirare, imo ipsum pronomen esse. In prima forma indeterminata tale est in indicatiui praesente *vonzon*; in rudi formatione *vonz-ön*, trahit ille; *vonz* nude tantum trahit. Huc pertinent *leſzen*, *teſzen*, *veſzen*, *viſzen*, *hiſzen*, formatione prima *leſz-ön*, *teſz-ön*, *veſz-ön*, *viſz-ön*, *hiſz-ön*; fit ille, ponit ille, accipit ille, portat ille, credit ille. Et horum etiam imperfecta talia sunt in eodem indicatiuo: *lön*, *tön*, *vön*, *hün*, per syncopen ex prima formatione, *leve-ön*, *teve-ön*, *vive-ön*, *hive-ön*. In subiunctiui vero praesente, quod idem et imperatiuus est, huius formae verba omnia sic formant personam tertiam: *kér-j-en*, *ír-j-on*, affixi pronominis vocali

non mutata, *kér-j-ön*, *ír-j-ön*, petat ille, scribat ille. Tanto magis illa, quae iam in praesenti sic sunt formata, ita habebunt et subiunctiui praesens: *legyen*, *tegyen*, *vegyen*, *vigyen*, *higyen*, formatiui vocali integra: *legy-ön*, *tegy-ön*, *vegy-ön*, *vigy-ön*, *higy-ön*. In secunda forma indeterminata, seu passiua, tantum tempus praesens illustro: *imádkoz-ik*, orat ille; *vétkez-ik*, peccat ille; *háborod-ik*, turbatur ille; *kevered-ik*, miscetur ille: resecto pronomine *ik*, nuda, et primae formationi indeterminatae obnoxia, ad recipiendas temporum notas characteristicas; *imádkoz*, *vétkez*, *háborod*, *kevered*, minus demonstrate, orat, peccat, turbatur, miscetur. Reliqua tempora paulo post recurrent.

§. 85.

Isto igitur maiorum vsu inualuit et secunda forma indeterminata, vulgo passiua: tum tertiae quam maxime singularis personae affixo paragogico *ik* diuersa a prima forma indeterminata; tum, et secundae, et primae personae eo discrimine notabilis: quod, in hac forma, secunda singularis persona constanter in *l*, prima vero in *m* consonam desinat. Multo itaque simplicior terminationibus, quam forma prima. Verba, quae per hanc formam inflectuntur, alia sunt significatione reuera actiua, etiam accusatiuum poscentia, quamuis numero satis pauca; alia quam plurima neutra; et, quae passiua dicimus, quod La-

tine reddita passiuae significationis esse videantur, etiam ad hanc neutrorum classem sunt potius referenda, aeque copiosa. Actiua sunt, ex. gr. *eszik*, comedit; *iszik*, bibit; neutra, *fekszik*, iacet; *nyugszik*, quiescit; *gyökerezik*, radices agit; *virágzik*, florescit: passiuae significationis, *gyötrődik*, affligitur; *fojtódik*, suffocatur. Haec forma passiua coepit nominari, propter verba; quae ex veris actiuis, mandatiuorum formatione, iam dudum passiua facimus; sed, vt a mandatiuis differant, quae formam tantum actiuam, primam nempe indeterminatam, et determinatam sequuntur; ea in tertia singulari persona affixo pronomine *ik* afficimus, hocque pacto et reliquam eorum per personas inflexionem ad hanc formam secundam indeterminatam exigimus. Confirmat appellationem secundo et illud: quod verba huius formae copiosissima, Latine reddita, passiuae significationis, licet more Latinorum non adaequatae, esse videantur. Ego hanc nominandi rationem non euerto; opinionem tantum meam depromo. Sub vtramque formam cadunt verba, spectata significatione, et actiua, et neutra, et passiua. Deinde actiua huius secundae formae, quae vulgo passiua dicitur, dum sub hac sunt forma, indeterminate construuntur: et, vtprimum determinate construi debent, ita migrant sub formam determinatam; vt illa altera ex forma prima indeterminata. *Mit tselekszik Péter? gyónik:* Quid agit Petrus? confitetur. Hic

ergo forma est passina, vt iam dicitur, et indeterminata simul: quemadmodum ista, quae sequitur, tantum indeterminata, prima mea forma. *Mit kérjek töled? pénzt adj:* Quid petam abs te? pecuniam da. Vtraque autem, pari ratione, si determinata poscatur constructio, fiunt formae determinatae. *Azt tselekszi Péter: bűneit gyónja:* Hoc agit Petrus, peccata sua confitetur. *Azt kérem töled; adjad meg pénzemet:* Hoc peto abs te, redde pecuniam meam. Forma itaque, spectato construendi modo, vtraque indeterminata, mea opinione, videtur hoc nomen aptius retinere, cum hoc tamen discrimine, quod saepe indicaui: vt illa prior vocetur indeterminata forma prima, seu nuda; posterior vero in determinata forma secunda, seu aucta. Sed iam ad propositum propius est tandem accedendum.

§. 86.

In hac forma passiua, vt iam in more est haec eius compellatio, imperfectum vtrumque, et subiunctiui praesens, quod in Proludio (§. 99.) impugnatur, reuera ita est, et a pluribus quidem seculis: *evék, egyék, ennék,* comedebat ille, comederet ille, comedat ille; non autem, *eve, enne, egyen.* Ita reuera est, et fuit dudum antea: *dolgozék, dolgoznék, dolgozzék,* laborabat ille, laboraret ille, laboret ille; non vero *dolgoza, dolgozna, dolgozzon.* Pronomen *ik* in prima radice tertiam singularem personam, ma-

iorum nostrorum arbitrio, et vsu, clarius indicans, *eszik*, comedit, *dolgozik*, laborat, manet eorundem auctoritate et in reliquis his temporibus, eandem tertiam personam magis demonstrans. *Ik* in prima radice est procul dubio terminatio, vti et reliquarum personarum affixa sunt reuera terminationes, nam iis finiuntur. Sed discrimen est inter terminationes, quae personas formant, et inter ipsas terminationes radicum nudarum. *Ázik*, quod porro inficete adfertur exemplum (§. 100.), non est solum madescit, verum amplius isto, madescit ille. Itane vero, plane analogia poscente, sic istud verbum inflecti deberet ob hanc terminationem: *áziksz*, *ázikok*, *áziknak*, *áziktok*, *ázikunk?* *Adok* terminatio est: ergo, analogia poscente, etiamne *adoksz*, *adokok*, *adoknak*, *adoktak*, *adokunk?* Ignoro nempe in *adok* terminationem *ok* iam personam primam formare: quid deliro? haec prius resecanda est, ac tum postea inflexio rite instituenda. Ante igitur et tu reseca in *ázik* terminationem *ik*, tertiam personam magis demonstrantem; et radici postea nudae *áz* affige personas, quas forma patitur; affige temporum notas characteristicas, et recurrenti cum his personae tertiae adde iterum pronomen *ik*. Cum enim vsu veterum in praesenti eidem personae iam adhaereat; neque in reliquis temporibus, in quibus veteres adhibuerunt, ab ea abesse potest.



§. 87.

In imperfecto secundo vetustissimum hoc
ınumentum docet affigendi rationem simplicem,
li adhuc formatione: *ennéik*, comederet ille.
.est hic ex forma prima radix proxima minus
monstrata, *enne*, comederet: huic ad maiorem
a demonstratiuam additur pronomen *ik*, radi-
que iam aucte vocalis propter hoc incremen-
n acuitur, *enné-ik*, comederet ille. Et quia vo-
ibus libenter interserimus *j* euphonicum, di-
ım est etiam *enne-j-ik*: porro, quia et vocales
ısdem soni amamus, etiam *i* in *e* migrare ius-
ıus, *enné-j-ek*. Eorum vero vsu, qui *j* eupho-
:um neglexerunt, vocalis *i* priori *e* sese accom-
ıdans, *enné-ek*, demum cum ea in vnam coa-
t, celeri praesertim pronunciatione, natumque
hoc pacto hodiernum *ennék*. Sic prorsus et
erum verbum *dolgozna*, prima rudi formatione
'gozná-ik: et vt vocalis *a* vocali *i* sono propior
ıet, *dolgozné-ik*; postea *dolgozné-j-ik*; demum
'gozné-j-ek. Neglecto autem *j* euphonico, voca-
us *a* et *i* in medium sonum abeuntibus, *dol-
zné-ek*, et iisdem in vnam coalescentibus, quae
ıtractio hodiedum viget, *dolgoznék*. Ea nempe
ione haec facta sunt, vt supra (§. 52.) pro-
ıi, in forma determinata, vtraque itidem im-
rfecta fuisse formata, et contracta, in prima
gulari persona: *írná-j-uk*, *írnó-j-ok*, *írnó-ok*,
'ók; *írá-j-uk*, *író-j-ok*, *író-ok*, *írók*: *kérné-j-ük*,
·nő-j-ök, *kérnö-ök*, *kérnök*; *kéré-j-ük*, *kérő-j-ök*,

kérő-ök, *kérők*. Et vt pro his non defuit auctoritas; ita neque *ennéjek* et *dolgoznéjek* destituitur veterum exemplis. Nam vt Codices MSS. praeteream, certe habet talia Telegdius. *Azert ne esneiec ketſegben, ha nem hinneie:* Proterea ne prolaberetur in desperationem, si non crederet. *Mintha alunnęiec, halasztya à meghalgatást:* Quasi dormiret, prorogat exauditionem. *Mind vntalan verik vala űtet, hog meg ſzűnneiec:* Iugitér verberauerant eum, vt desineret. *Mi lehet emberben, à mibe bizhatnęiec:* Quid esse potest in homine, in quo confideret? (Part. II. pag. 16, 191, 543, 562.). Vtitur talibus Telegdio antiquior Gallus Anaxius. *A Chriſtuſis megdichőitetneyec, es felmagaſztaltatneyec* (c. iij.): Etiam Christus glorificaretur, et exaltaretur. *Evék* quidem in manuscripto nostro iam contractum legitur. Sed ex mutuo illo et arctissimo imperfectorum nexu, quem supra (§. 49.) ostendi, et huius eadem fuit formatio ante syncopen; *evé-ik, evé-j-ik, evé-j-ek, evé-ek, evék.* Sic etiam *dolgozá-ik, dolgozé-ik, dolgozé-j-ik, dolgozé-j-ek, dolgozé-ek, dolgozék.* In imperatiuo, proinde etiam in subiunctiui praesente, pronominis *ik* vocalem *i* imperandi energia acuit: serius deinde acutum *í*, quod et hodie cum *é* acuto misceri consueuit, in idem hoc *é* mutauit: *egy-ík, dolgoz-z-ík; egy-ék, dolgoz-z-ék.*

§. 88.

Sed formatiuae coniugationum sine vlla ratione non sunt confundendae, ait Prolodium (§. 95.)

95.). Indubitatum quippe est, syllabam *ék* in forma plana, seu indeterminata prima, ad primas singulares personas formandas seruire in imperfectis: *lelék*, *fzánék*, *lelnék*, *fzánnék*. At vero occurrit *ék* etiam in tertiis pluralibus personis mollium vocalium in forma determinata: *vések*, *vésnék*, *véstek*, *vésséк*. Praeoccupat Proludium (§. 97.), et discrimen facit inter formationes proprie dictas, et inter affixa demonstratiua. Obsecro, agnoscat etiam in forma plana, seu indeterminata prima, deinde et in altera plana, seu passiua, idem *ék* affixa valere demonstratiua, nata ex pronominibus, iisque diuersis, et diuersimode abiisse in eundem, quem nunc habent, sonum. Doceo clarissime in Personarum ac Temporum Formatione, et hic quaedam huiusmodi sparsa habeo: quidquid verbis accedit ad formandas eorum personas; id pronomen esse, vel certe partem pronominis retectam, more Hebraeorum; proinde idem reuera et demonstratiuum esse affixum. In forma indeterminata prima, seu plana, primam singularem personam, per omnia tempora, excepto praeterito, format antiquum pronomen *ék*, ego, vocali sua varie mutata. Sed verborum, quae Proludium exhibet, tempora tantum attingo. Quae verba illic dantur, *lel*, reperit; *fzán*, condolet; sunt radices primae. Ex his fiunt in imperfectis radices proximae: *lele*, reperiebat; *fzána*, condolebat: *lélne*, reperiret; *fzánna*, condoleret. Pronomen *ék* his affixum,

prima rudi formatione, dat *lelé-ék*, *szánná-ék*, *lelné-ék*, *szánná-ék:* deinde vocalibus in vnam coalescentibus, praedominatae formatiui vocalis sono: *lelék*, *szánék*, *lelnék*, *szánnék*, reperiebam, condolebam, reperirem, condolerem. Habes in his terminationem *ék* natam ex affixo demonstratiuo *ék*, vetusto primae personae pronomine. Vltro ait Proludium in forma determinata esse affixa demonstratiua: *vésék*, caelabant illi hoc; *vésnék*, caelarent illi hoc. Sed in his affixa adesse, personas demonstrantia, clarius ostendisset formatione antiqua: *véséjek*, *vésnéjek*, neglecto *j* euphonico, *vésé-ek*, *vésné-ek*, vnde nostra demum per syncopen nata, *vésék*, *vésnék*. Ecce iterum terminatio *ék*, orta ex *ek*, quod, vocali congruenter tantum mutata, est certe ipsum *ök*, ii, illi, ipsi: prima rudi formatione, *vésé-ök*, *vésné-ök*. De industria separaui *vésték*, et *vésség*, caelarunt illi hoc, caelent illi hoc. In his pronomen *ö*, in *e* mutatum, est in singulari: *vést-e*, caelauit ille hoc; *véss-e*, caelet ille hoc. Haec ipsa porro, sumta pro radicibus proximis in plurali, vt primam, et secundam personam, sic et tertiam formant, pronominum pluralium accessione, vocalibus et hic concretis: *vésté-ök*, *véssé-ök*; *vésté-ek*, *véssé-ek*; ac demum *vésték*, *véssék*. Alia ergo est et hic ratio terminationis *ék*; quae aeque demonstratiua est. De formae passiuae imperfectis, et subiunctiui praesente, in tertia singulari persona, iam satis egi (§. 87.):

ostendi in iis terminationem *ék* esse ex antiquo pronomine *ik*, ergo pariter demonstratiuam. Igitur formatiuae in verbis hac terminatione non confunduntur; quia, licet sono conueniant, eaedem tamen non sunt euoluta origine.

§. 89.

Idem Proludium contendit (§. 99.) etiam affixum demonstratiuum *m* in quibusdam neutris, et in omnibus passiuis, hoc est, in forma passiua, ad formandas primas personas singulares aeque per abusum adhiberi. Luat hic tota veneranda antiquitas, luat aetas posterior: quae hoc affixo demonstratiuo etiam in his, perpetuo, et constanter vsa est; atque hoc pacto inter formam indeterminatam, et determinatam, singularem formam mediam instituit, et induxit. Opinor, hoc illi non licuit. Si *m* penetrat in formam etiam indeterminatam, ad demonstrandam dumtaxat primam singularem personam, *várt-am*, exspectaui, *kért-em*, rogavi; quin ea persona determinate, cum accusatiuo demonstrato, construi debeat: cur non etiam ad formam passiuam, cum eodem tantum valore, transeat; ibique tanta praesertim omnis aeui consensione, tuto dominetur? Puto vero id etiam consulto institutum esse. Cum nempe, pronominis *ik* stabilito usu, tertiarum in hac forma singularium personarum consona *k* perpetua sit terminatio: ad vitandam confusionem differri ab his voluerunt

personas primas terminatione alia, adoptato ad hunc usum pronomine *én*, in affigendo mutata et vocali, et consona, *em*, *om*, *am*, eius consona *m* primas aeque personas demonstrante; vti *k*, ex pronomine *ék*, in forma prima indeterminata, easdem primas personas demonstrat; et vsu quidem eo constantiore, ac securiore: quod in hac forma nuspiam est consona *k* tertiarum singularium personarum terminatio; ab istis proinde illae primae, hoc discrimine vbique differentes, aeque nulli obiiciuntur confusioni.

§. 90.

Sed, et haec de consona *m*, in hac forma passiva primas singulares personas terminante, et illa superiora, quorum ratio satis exposita est, restant fortasse etiam exemplis veterum probanda, et iis quidem, vt eo fortius agam, per seculorum seriem adducendis: cum ad horum vsum saepe prouocem perpetuum, constantem, vniuersalem, non priuatum, non quorundam popularium. Et penes hunc vsum solum, si cetera deessent, nec vlla suppeteret explanandi ratio, esset sane arbitrium et ius omne huius imprimis formae, a degenere hac demum aetate, per incuriam et inscitiam, ita foede conuulsae. Verum si hoc faciam, molem huius opusculi augeo, rebus, magis ad propositum spectantibus, satis vtique increscentem. Sufficiat ergo me in his prouocasse tantum. Multo opportunius, et quam copiosissime,

profero horum ego exempla in Elaboratiore Grammatica mea, certe et illic nimio tantum, et ferè superfluo errantes conuincendi studio. Satis enim esset, facta prouocatione, commendare dumtaxat diligentiam aliquanto maiorem: vt illa turba, quae hic peccat, ipsa videat, et euoluat veterum monumenta: eruat ex iis vna opera et alios sermonis patrii thesauros. Nam in his praesertim verborum terminationibus vtique nemo alius peccat: nisi quem vel paulo superiorum temporum crassior premit ignoratio, vt antiquiora taceam: in quorum vtrorumque monumentis singulis perpetua et cumulata sunt huius, quam propugno, formae exempla clarissima. Et ista quidem reclamant valide ad illa Linguae Hungaricae vulnera, qua illi tanta infert et Proludium, et obsequens Proludio turba leuior, Grammaticarum inficeti corruptores.

IN FORMA PASSIVA.

Personarum sunt monstra hodierna:		Veneranda Antiquitas haec semper sic ettulit:
Tetſzek.	Placeo.	*Tetſzem.*
Méltóztatok.	Dignor.	*Méltóztatom.*
Eſzek.	Edo.	*Eſzem.*
Iſzok.	Bibo.	*Iſzom.*
Nehezedek.	Grauor.	*Nehezedem.*
Sokasodok.	Multiplicor.	*Sokasodom.*
Betsültetek.	Aestimor.	*Betsültetem.*
Ruháztatok.	Vestior.	*Ruháztatom.*

Personarum sunt monstra hodierna:		Veneranda Antiquitas haec semper sic ettulit:
Tetsze.	Placebat.	*Tetszék.*
Méltóztata.	Dignabatur.	*Méltóztaték.*
Eve.	Edebat.	*Evék.*
Iva.	Bibebat.	*Ivék.*
Nehezede.	Grauabatur.	*Nehezedék.*
Sokasoda.	Multiplicabatur.	*Sokasodék.*
Betsültete.	Aestimabatur.	*Betsülteték.*
Ruháztata.	Vestiebatur.	*Ruháztaték.*
Tetszék.	Placebam.	*Tetszém.*
Méltóztaték.	Dignabar.	*Méltóztatám.*
Evék.	Edebam.	*Evém.*
Ivék.	Bibebam.	*Ivám.*
Nehezedék.	Grauabar.	*Nehezedém.*
Sokasodék.	Multiplicabar.	*Sokasodám.*
Betsülteték.	Aestimabar.	*Betsültetém.*
Ruháztaték.	Vestiebar.	*Ruháztatám.*
Tessen.	Placeat.	*Tessék.*
Méltóztasson.	Dignetur.	*Méltóztassék.*
Egyen.	Edat.	*Egyék.*
Igyon.	Bibat.	*Igyék.*
Nehezedjen.	Grauetur.	*Nehezedjék.*
Sokasodjon.	Multiplicetur.	*Sokasodjék.*
Betsültessen.	Aestimetur.	*Betsültessék.*
Ruháztasson.	Vestiatur.	*Ruháztassék.*
Tessek.	Placeam.	*Tessem.*
Méltóztassak.	Digner.	*Méltóztassam.*
Egyek.	Edam.	*Egyem.*
Igyak.	Bibam.	*Igyam.*
Nehezedjek.	Grauer.	*Nehezedjem.*
Sokasodjak.	Multiplicer.	*Sokasodjam.*

rsonarum sunt stra hodierna:		Veneranda Antiquitas haec semper sic ettulit:
ltessek.	Aestimer.	*Betsültessem.*
ıztassak.	Vestiar.	*Ruháztassam.*
ene.	Placeret.	*Tetszenék.*
óztatna.	Dignaretur.	*Méltóztatnék.*
.	Ederet.	*Ennék.*
.	Biberet.	*Innék.*
zedne.	Grauaretur.	*Nehezednék.*
sodna.	Multiplicaretur.	*Sokasodnék.*
ltetne.	Aestimaretur.	*Betsültetnék.*
ıztatna.	Vestiretur.	*Ruháztatnék.*
enék.	Placerem.	*Tetszeném.*
óztatnék.	Dignarer.	*Méltóztatnám.*
k.	Ederem.	*Ennêm.*
.	Biberem.	*Innám.*
zednék.	Grauarer.	*Nehezedném.*
sodnék.	Multiplicarer.	*Sokasodnám.*
ltetnék.	Aestimarer.	*Betsültetném.*
ıztatnék.	Vestirer.	*Ruháztatnám.*
end.	Placuerit.	*Tetszendik.*
óztatand.	Dignatus fuerit.	*Méltóztatandik.*
l.	Ederit.	*Ejendik.*
.	Biberit.	*Ijandik.*
zedend.	Grauatus fuerit.	*Nehezedendik.*
sodand.	Multiplicatus fuerit.	*Sokasodandik.*
ltetend.	Astimatus fuerit.	*Betsültetendik.*
ıztatand.	Vestitus fuerit.	*Ruháztatandik.*
endek.	Placuero.	*Tetszendem.*
óztatandok.	Dignatus fuero.	*Méltóztatandom.*
lek.	Edero.	*Ejendem.*
ok.	Bibero.	*Ijandom.*

M 4

Personarum sunt monstra hodierna:		Veneranda Antiquitas haec semper sic ettulit:
Nehezedendek.	Grauatus fuero.	*Nehezedendem.*
Sokasodandok.	Multiplicatus fuero.	*Sokasodandom.*
Betsültetendek.	Aestimatus fuero.	*Betsültetendem.*
Ruháztatandok.	Vestitus fuero.	*Ruháztatandom.*

Passiuae formae secunda singularis persona cum per omnia tempora propriam habeat terminationem in *l;* vitiosa sunt in ista forma et imperatiuorum exempla hac terminatione neglecta. *Gyónj*, confitere; *ne szünj*, ne cessa; *iparkodj*, conare; *ne kételkedj*, ne dubita; *várakozz*, exspecta; *emlékezz reám*, recordare mei. Veneranda Antiquitas et ista sic semper ettulit: *gyónjál*, *ne szünjél*, *iparkodjál*, *ne kételkedjél*, *várakozzál*, *emlékezzél reám*.

§. 91.

De forma determinata, quam alii directam, alii demonstratam dicunt, nulla est controuersia. Haec ea est, in qua radicibus primis, et proximis, ad formandas personas, in singulari tantum numero, adnectuntur eadem pronomina personalia, *ém*, *ed*, *é*, cum varia vocalium mutatione; quae nominibus accedunt, ad indicandam eorum ad personas relationem. Ex. gr. *vár-om*, *vár-od*, *vár-j-a*, exspecto, exspectas, exspectat aliquid demonstratum: *várt-am*, *várt-ad*, *várt-a*, exspectaui, exspectauisti, exspectauit aliquid demonstratum, etc. In plurali alia tenet ratio,

etiam diuersa a prioribus duabus formis, quam opportunius explico in Personarum ac Temporum Formatione. Vsus huius formae paulo difficilior est gentibus, linguam nostram condiscentibus, quae accusatiuum illum, quem haec forma habet demonstratum, ab accusatiuis aliis non satis norunt distinguere. Germanis magna accedit facilitas, si moneantur: determinatum verbum apud nos adhiberi oportere, quoties illi in suo sermone pronomen es verbis iungunt: man sagt es, ich sage es; vel vulgi modo per contractionem, man sagts, ich sags: quae nos breuissime dicimus, *mondják*, dicunt illi hoc, pro *dicitur*; et *mondom*, dico ego hoc. Sed haec vna tantum esset regula, et solum Germanis clara. Quare, vt omnibus faueam, dabo per occasionem leges omnes, compendio propositas, a plerisque Grammaticis nostris probe explanatas.

Verba formae determinatae habent locum in construendi modis sequentibus quinque.

Primo, quando adest accusatiuus cum articulo praepositiuo: *az*, *amaz*, *azon*, *ez*, *imez*, *ezen*. *Megolvasom a' pénzt:* numerabo pecuniam. *Látod az embert:* vides hominem. *A' fát nézi:* arborem adspicit. Sine his articulis indeterminata vtimur forma: *pénzt olvasok*, *embert látsz*, *fát néz*. Tria sunt nihilominus pronomina relatiua, *ki*, *melly*, *mi*, adeo formae indeterminatae obnoxia: vt ea, accedente etiam articulo praepositiuo, tamen huic tantum iungi ament.

A' kit szeretek, quem amo. *A' mellyet látsz*, etiam nominibus praepositum, *a' melly embert betsülsz*, quem vides, quem hominem aestimas. *A' mit a' szerentse ád*, quod fortuna dat.

Secundo, cum occurrunt accusatiui pronominum tertiae personae, *ötet*, *öket*; item articuli demonstratiui, etiam soli, instar relatiuorum positi, *azt*, *amazt*, *azont*, *ezt*, *imezt*, *ezent*; et *azt* quidem tum quoque ea est vi, cum occulte positum esse intelligisur. *Kérem ötet*: rogo eum. *Azt mondod*, hoc dicis. *Azont harmadszor hozza elő*, idem tertio repetit. *A' mit nem adott a' szerentse*, *el nem veheti*, subintelligitur *azt*, quod fortuna non dedit, *id* accipere non potest. *A' kit Isten szeret*, *a' világ gyűlöli*, *azt* et hic occultum est: quem Deus diligit, *eum* mundus odit. Accusatiui pronominum secundae, et primae personae, *tégedet*, *titeket*, *benneteket*, *engemet*, *minket*, etsi clara sint demonstratorum vocabula, semper tamen indeterminatis iunguntur.

Tertio, quando accusatiui habent affixa pronominalia, in statu possesso, et ea quidem per omnes utriusque numeri personas. *Segétem barátomat*: iuuo amicum meum. *Tiszteljed atyádat 's anyádat*: honora patrem tuum, et matrem tuam. *Egyik sem érti a' másiknak szavát*: nullus intelligit alterius vocem. *Valljuk bűneinket*: confitemur peccata nostra. *Meghagytátok Isteneteket*: dereliquistis Deum vestrum. *Elvesztették minden vagyonokat*: amiserunt omnem substan-

tiam suam. Huc pertinent, ob affixa pronominalia, accusatiui pronominum emphaticorum: *magamat*, *magadat*, *magát*, *magunkat*, *magatokat*, *magokat*. *Mutogatod magadat:* ostentas te ipsum. *Elfeledte magát:* immemor est sui ipsius.

Quarto, quando verba construuntur cum accusatiuis nominum propriorum: quae, quia propria sunt, proinde satis demonstrata, articulum praepositiuum quasi demonstrantem respuunt. *Egyiptust nézem:* Aegyptum specto. *Jánost követed:* Ioannem sequeris. *Azon kérte Istent Salamon:* De eo rogauit Deum Salamon.

Quinto demum, quoties in nexu orationis sequitur coniunctio *hogy*, prius verbum, a quo coniunctio pendet, semper determinatum est. Subintelligitur tali casu etiam *azt*, et ob huius quoque vim occultam tanto firmior est haec regula. *Ki jelentette meg neked, hogy mezételen vólnál:* quis indicauit tibi, quod nudus esses? Quasi esset, *ki jelentette meg neked azt*, quis tibi indicauit hoc?

EMDÜL.

§. 92.

Ego hoc *emdul* lego *endöl*, veterum more, nisi quod *m* in *n* mutem, quod has literas mutuo sibi substitui et aliae voces doceant, ex. gr. *azomban*, *külömben*, *erötlembek*, quae sunt ab *azon*, *külön*, *erötlen*. Etiam in verbo *nevet*, loco hodierni *n*, olim *m* est diu pronunciatum; vt

habent Codices MSS. et Libri prelo expressi, certe vsque ad Telegdii aetatem: *mevet*, ridet; *mevetés*, risus; *mevető*, risor, illusor. *Mevetſégre méltó*, risu dignum (Telegd. Part. II. pag. 339.). Rectius vero, et delicatiorum ore, *emdul*, hodie proferri solet, ac debet, *eendel*, vel interjecto *j* euphonico, *ejendel*. Telegdius certe hunc ipsum Scripturae Sacrae locum, quem Allocutio Funebris hic refert, ita habet. *Valamely oraban eiendel az megtíltot fanac gyümölcheben, halallal halſz meg* (Part. II. pag. 284.): Quacunque hora comederis de vitae arboris fructu, morte morieris. Etiam Káldius *ejendel* adhibuit. Vetustiores vero in hoc, et similibus verbis aliis, duo haec *e* continenter posita in vnum contrahere amarunt. Horum exempla saepe recurrunt in Codice MS. Trans. Bibl. **Mikor en torommec meltan valo getrelmet vendik** (Indith. VI. 6.): Dum dignas mei gladii poenas exceperint. *Vendik* pro *veendik*, vel *vejendik*. Habet vero quandoque et separata, interjecto *j* euphonico. **Kit ha nem teiendetec** (Baruch II. 22.): Quod si non feceritis.

§. 93.

Est vero *endöl*, vel more nostro *eendel*, et *ejendel*, vt iam obseruare licuit et in Telegdiano exemplo, secunda singularis persona, in futuro subiunctiui, verbi *eſzik*, significatione actiui, sed terminatione passiui, seu formae passiuae. *Eſzik*,

edit, comedit: *eendel*, ederis, comederis. Adhaesi in lectione Faludiana, *éſzend*, quam futuri formationem in subiunctiuo verbum hoc non fert. Deinde, etiamsi ferret, non secunda, sed tertia ea esset persona, hoc itaque loco non apta, ad normam scilicet formae actiuae indeterminatae: *kérend*, *kérendeſz*, *kérendek*; petierit, petieris, petiero: proinde etiam *éſzend*, *éſzendeſz*, *éſzendek*. Sed monui verbum *eſzik* abhorrere ab hac futuri formatione, et propter *ſz* consonam in ea retentam, et propter formam non suam, seu indeterminatam primam. Consona *ſz* hic tantum euphonica est, vti in compluribus verbis aliis, ex. gr. *iſzik*, *leſzen*, *teſzen*, *veſzen*, *viſzen*, *hiſzen*, quarum primae radices monosyllabae in vocalem desinunt, *e*, *i*, *le*, *te*, *ve*, *vi*, *hi*: et, dum affixa formatiua recipiunt, vt iis aptius iungantur, in praesenti tantum tempore hanc consonam *ſz* intermediam, in aliis vero temporibus alias adoptant, vbi characteristicae a vocali inchoant. In futuro subiunctiui, ut iam vidimus, amant *j*, quo tamen et carere possunt. Vberiora de his vtpote loco suo, videre potes in Elaboratiore Grammatica mea inter Coniugationes Anomalium. Ex his, quae hic attuli, *eſzik*, et *iſzik*, dum indeterminate construuntur, vt hic in isto manuscripto *eſzik* constructum legimus, sunt formae passiuae: migrant vero in formam determinatam, vtprimum constructio determinata est. Cetera quoque, vtpote actiua,

praeter *leſzen*, quod neutrum est, et formae indeterminatae primae, itidem duas subeunt formas, indeterminatam, et determinatam. Horum discrimina exhibeo, vt nostrum *eendel*, clarius pateat, tantum in futuro subiunctiui in verbis *leſzen*, *eſzik*, *iſzik*.

Forma Indeterminata.

Leend.	*Leendeſz.*	*Leendek.*
Fuerit.	Fueris.	Fuero.
Leendenek.	*Leendetek.*	*Leendünk.*
Fuerint.	Fueritis.	Fuerimus.

Forma Passiua.

Eendik.	*Eendel.*	*Eendem.*
Ederit.	Ederis.	Ederim.
Eendenek.	*Eendetek.*	*Eendünk.*
Ederint.	Ederitis.	Ederimus.
Iandik.	*Iandol.*	*Iandom.*
Biberit.	Biberis.	Biberim.
Iandanak.	*Iandatok.*	*Iandunk.*
Biberint.	Biberitis.	Biberimus.

Forma Determinata.

Eendi.	*Eended.*	*Eendem.*
Eendik.	*Eenditek.*	*Eendjük.*
Iandja.	*Iandod.*	*Iandom.*
Iandják.	*Iandjátok.*	*Iandjuk.*

HADLAVA CHOLTAT.

§. 94.

Hic in verbo *hadlava* aberrauit Scriptor: quod, cum duo *ll* formare debuisset, pro horum primo *d* posuerit. Hoc errore correcto, erit *hallava*, quod ita lego, *hallává*, et *hallája*. Lectionis meae

rationem iam supra dedi (§. 43, et sequ.). Succurrit vero mihi hoc loco et illud: duplex illud *ll* in hocce verbo fortasse ea cum vehementia fuisse olim pronunciatum; vt, lingua a dentibus in palatum impingente, prius *l*, fortius expressum, sonum dederit literae *d*, aut saltem huic proximum, *hadláva*, *hadlája*. Sed lectio Faludiana quomodo haec esse potest: *hallotta parantsolatot teremtő Istentöl?* Si inter *hadlava* et *choltat* spatium intercessisset, literis intermediis temporis edacitate detritis; quod et ego initio, tantum Faludium legens, putabam accidisse: potuisset ille, signis etiam aliquibus fortasse exstantibus, *paran* eruere, quod cum *choltat* iunctum daret *poroncholtat*; et *ch*, vel ex proximi aeui vsu, vt *ts* pronunciato, legisset demum *parantsoltát* potius, quam *parantsolatot*. Verum ego, posteaquam ipse hoc manuscriptum oculis vsurpassem, diligenterque et perlustrassem, et descripsissem; nullum hoc loco vitium reperi. Imo vidi, duas has voces continenter sese excipere, iusto tamen interuallo discretas, nitide exaratas: vt et reliqua omnia, nulla litura admixta, eleganter exarata, diligentem Scriptoris manum mire ostentant. Quare ego rem accuratius expendens, et scriptionem hanc cum reliqua combinans, id demum elicui, et persuasissimum habeo: nihil hic aliud legi posse, quam *halláva holtát*, *v* in *j* mutato *hallája*, hodie per syncopen *hallá holtát*.

§. 95.

Deinde, vt Faludius legit, *hallotta parantsolatot*, ea constructio apud Hungaros etiam vitiosa est. Cum tamen in hoc manuscripto verbi determinati et indeterminati constructio, omnino ad linguae nostrae indolem, vbique exacta, et probe distincta esse reperiatur. Illud, quod supra monui, *parantsoltát*, si reuera vitium in manuscripto fuisset, sic restitutum cum verbo *hallává*, vel *hallája*, in forma determinata pulchre conueniret, *hallá parántsoltát*. Esset nempe praeteritum tempus *parantsolt* pro participio, hoc autem pro substantiuo, cum affixo pronomine, sumtum. Quae construendi ratio apud nos, et fréquens, et elegans est. *Tudod parantsoltomat*; scis mandatum meum. *Nem gondolok parantsoltoddal*: nihili pendo mandatum tuum. *Hallá parantsoltát*; audiuit mandatum eius. Sed hoc postremum, etsi bene esset separatum; hic tamen, iunctum cum *teremtö Istentöl*, minus apte cohaeret. *Hallá parantsoltát teremtö Istentöl*: audiuit mandatum eius a creatore Deo. At si in voce *Istentöl*, quamuis clare sic expressa, *töl*, tamen in *nek* mutare liceret, constructio enimuero iam perfecta esset: *Hallá parantsoltát teremtö Istennek*: Audiuit mandatum *eius* creatoris Dei. Sed religiose sunt omnia retinenda, nisi manifestus adsit error: qui cum hic nullus sit, excepta illa leui literulae *d* irreptione; tanto nos fideliores esse decet. Stat ergo, et apposite quidem, mea lectio:

lectio: *halláva holtát teremtő Istentől:* audiuit mortem suam a creatore Deo. *Holt* praeteritum verbi *hal*, moritur, pro substantiuo sumtum, more Hungaris familiari, *mors*, cum affixo pronomine *holta*, mors eius, mors sua. Consentiunt haec cum praecedentibus, et consequentibus. Praecessit creatoris Dei comminatio: *halálnek halálával halſz;* mortis morte morieris. Ergo, *hallàva*, vel *hallája holtát*; audiuit iam mortem suam. Consequitur illico: *gye feledéve*, vel *gye feledéje*; sed oblitus est.

FELEDEVE.

§. 96.

Verbum *feled*, obliuiscitur, vnde hoc *feledéve*, et, *v* in *j* mutato, *feledéje* formatum est, imperfectum indicatiui, notat Magna Grammatica Debretzinensis iam exoletum esse. Tanto minus adhaereo in Faludio, qui hic hodiernum *elfelejté* substituit. Sed quam incurii sumus, qui verbum tam elegans elabi siuimus. Quamquam exstat *feledek* apud Párizpápaium, verum cum adscripta significatione, tardo, somnolenter ago; eius participium *feledő*, otiosus, tardans. Sed errat in his Párizpápaius. Nam veteres, vt et praesens manuscriptum, significatum isti verbo hunc tribuunt, *obliuiscor.* Et nec ipse Párizpápaius satis sibi constat, qui in eadem vocabulorum exigua serie deriuatis significationes ab *obliuiscendo* adiungit: *feledség*, obliuio, obliuium;

feledékeny, obliuiosus; *feledékenység*, obliuio, obliuiositas. Errant et illi, qui *feletkezem*, aeque obliuiscor, et *feletkezés*, obliuio, per *t* scribunt. In radice, de qua haec oriuntur, *d* est, *feled* nempe; ergo *feledkezem*, *feledkezés*; quemadmodum de radice *imád*, orat, adorat, similia deriuata primitiui sui *d* retinent, *imádkozom*, *imádkozás*. Verbi *feled* apud veteres vsus erat frequentissimus: et verbi hodie vsitatissimi *felejt* admodum rarus; vtrumque autem cum ea, quam dixi, obliuiscendi significatione, adhibitum fuisse docent exempla. Horum singulare est, quod exhibet Codex MS. Transl. Bibl. **Elfeledkezuen el feledem oket** (Osee I. 6.). Significationem clare dat textus Latinus: *obliuione obliuiscar eorum.* Etiam substantiuum ab eo deriuatum recurrit in eo Codice, **feledet**, obliuio (Esther IX. 28.). Sic et Tinodius habet: *O io voltat tij ha el feleditőc* (V. 3.): Eius beneficii si vos obliuiscemini. Deinde Gallus Anaxius: *Az vén emberekis inkáb nem feledic el* (b. iij.): Senes quoque homines tanto magis non obliuiscentur. Vsus est eo et Telegdius, et quidem perpetuo: *Magoc feledet emberec* (Part. II. pag. 57.): Sui immemores homines, genuine vero, sui obliti homines. Komjáthius, et Siluester, adhibent quandoque et verbum *felejt*. *Azokat, kyk hatam megўl vadnak, el feleituen* (ad Philippenses III.): Eorum, quae retro sunt, obliuiscens. **Hog azokot elfeleyczem** (Ibidem); Vt eorum obliuiscar.

URDUNG.

§. 97.

Mutatis tantum vocalibus *ürdung* lego *ördöng:* quod malum genium, daemonem, diabolum significat. Olim ergo *ördöng* fuit, quod nostri, serius litera *n* perperam expuncta, iam satis dudum *ördög* dicunt, et scribunt. Tanto hoc certius est, quandoquidem eius deriuata literam *n* et hodie retinent: *ördöngös*, daemoniacus, obsessus a daemone, magus; *ördöngösség*, magia.

INTETVINEC, ILDETUITUL, KINZOTVIATWL.

§. 98.

De *v* consona satis iam disserui (§. 44. et sequ.). Eius valor in his vocibus, *intetvinec*, *ildetuitvl*, *kinzotviatwl*, quas ita legi, *intetvének*, *üldetvétöl*, *kinzatvjától*, vsu hodierno est *j*, consona affixum pronomen tertiae personae connectens cum nominibus, non modo vocali, sed etiam consona terminatis. Haec itaque more nostro lecta sic sonant, *intetjének*, *üldetjétől*, *kinzatjától.* Moneo alio etiam loco (§. 48.) in *kinzotviatwl* non sine caussa literam euphonicam vtramque, et *v*, et *j*, intersertam esse, cum suffecisset tantum alterutra. Suspicor id factum esse ad exprimendum sonum densiorem euphonici *v*, quasi geminatum valore, inter vocales praesertim duras, *a* et *o*. Haec vocabula, resectis affixis pronominibus, et datiui, ablatiuique casus

formatiuo, sistunt nobis nuda nomina, *intet*, monitum, *üldet*, persecutio, *kinzat*, cruciatus, substantiua a verbis deriuata, absoluta, perfecta, ab actione abstracta, hodie rariora: cum horum loco, nimia Latinorum imitatione, magis inualuerint substantiua actionis, quae verborum, a quibus oriuntur, ipsam actionem significant: *intés*, non nude monitum, sed ipsa monendi actio, monitio; *üldés*, persecutio; *kinzás*, cruciatio; proinde non omni loco, non absolute, de rebus praesertim iam perfectis, adhibenda. Hoc discrimen, opportuniore loco, vberius doceo, in meis Obseruationibus Grammaticis ad Codicem MS. Transl. Bibl. sub singulari hoc titulo *Substantiua Actionis*, Antiquitatum Literaturae Hungaricae Volumine III.

§. 99.

Vsum talium substantiuorum, quae absoluta voco, tota remotior antiquitas docet olim viguisse quam frequentissimum. Et vel in praesenti hoc, licet exiguo, manuscripto, tria occurrunt huiusmodi substantiua, quae paulo ante vidimus, *intet*, *üldet*, *kinzat*, orta de verbis *int*, monet, *üld*, persequitur, *kínoz*, cruciat. *Üld* in his singulare est, quod incuria nostra iam desiit in vsu esse. Hodie eius deriuato vtimur, *üldöz*. Deriuari autem hoc modo a verbis alia iterum verba, eiusdem significationis, nisi quod haec pleraque potius pro frequentatiuis habenda sint, adiecta

nempe ad radicem consona *z*, cum connectente congrua vocali, palam est in exemplis plurimis: *hord*, portat, gerit; *hordoz*, portitat, gestat: *old*, soluit; *oldoz*, pariter soluit, absoluit: *köt*, ligat; *kötöz*, aeque ligat: *önt*, fundit; *öntöz*, funditat, rigat: *vált*, mutat, redimit; *változ-ik*, mutatur: *ölt*, induit; *öltöz-ik*, induit se, induitur. Qualia etiam de nominibus deducuntur plurima: quibus adnexum *z* indit significatum, rebus, quas radices denotant, frequenter vtendi, eas saepe adhibendi; ergo et haec quodammodo frequentatiua. Sic est *kínoz* natum ex *kín*, quod iam *cruciatum* valet, magis absolutum, quam *kínzat*, et hoc potius videtur esse *cruciatus frequens*.

§. 100.

Absolutis huiusmodi substantiuis refertissimus est Codex MS. Transl. Bibl. qui in serie monumentorum, hactenus repertorum, magno licet temporum interuallo separatus, continue sequitur praesens hoc manuscriptum. Ex eorum numero sunt haec aliqua, ad indicandum vsum allata. *Szarandoklat*, peregrinatio (Ruth I. 7, 22.). *Pillantat*, momentum, sed hoc translate, proprie *nictus*, de verbo *pillant*, nictat: differt a *pillantás*, nictatione, ipsa nictandi actione: apposite vero *pillantat* pro *momento*, quod nictus momentulo fiat (Ruth II. 7.). *Születet*, natiuitas. *Születettel nagyobbak:* natu maiores (Ruth IV.

4, 9, 11.). *Fordúlat*, reuersus. *Esztendőnek fordúlatjában:* in reuersu anni; reuertente anno (Esther IX. 21.). *Gyászolat*, luctus. *Gyászolatok vigaságba fordéjtattak:* luctus in hilaritatem conuersus (Esther IX. 22.). *Feledet*, obliuio. *Ezek annapok, kiket sonha sem egy feledet el nem törűl:* isti sunt dies, quos nulla vnquam delebit obliuio (Esther IX. 28.). *Háborúlát*, conturbatio (Esther XI. 5.). *Kérdezet*, quaestio (Esther XII. 3.). *Irgalmazat*, miseratio (II. Machab. VII. 29.). *Könyörület*, aeque miseratio (Baruch II. 27.). Cetera, cui libuerit, deprehendet omnia in *Elencho Vocum Singularium*, in hoc Codice occurrentium, quem exhibeo Antiquitatum Literaturae Hungaricae Volumine III.

TILUVT, TILUTOA.

§. 101.

Faludius in his legendis addidit primae radici, vt hodie in vsu est, literam *t*, *tiltott*, *tiltotta*. Ego inhaesi manuscripti apicibus, nullam addens ipsi radici literam, nisi quam temporis formatio salua radice posceret; et vocales tantum, secundum obseruationes meas, ad veram pronunciationem accommodans: *tilott*, *tilotáva*, et, *v* in *j* mutato, *tilotája*. *Til* radicem veram esse ostendit eius deriuatum, quod et hodie viget, *tilos*, adiectiuum nempe, prohibitum, vetitum significans. Quia vero huiusmodi adiectiua

a substantiuis formantur, adiecto syllabico formatiuo *os*, eius vocali, vbi opus est, congruenter mutata, etiam *as*, *es*, et *ös*; quod, vt origo quoque docet Arabica, idem est, ac habens, possidens rem aliquam, et ea praeditus: clarum est, idem *til* et nomen substantiuum esse, prohibitionemque valere, vt *tilos* sit prohibitionem habens, seu prohibitum aliquid; et idem etiam verbum praestare, ex vsu certe manuscripti nostri, formato nempe ex eadem radice *til* tempore praeterito *tilott*, quod hic pro praeterito est. In quo neutiquam est adhaerendum. Dantur enim complures et hodie in lingua nostra radices: quae eaedem ipsae, et nomina, et verba sunt. Ex. gr. *nö*, vxor, et crescit: apposite vero vxor a crescendi verbo, quod prole cresceret. Deinde *nyom*, vestigium, et premit: vestigium nobis pressum, pressionis signum. Postea *tér*, spatiosus, ipsum spatium; etiam reuertitur, conuertitur, quasi spatium conficit. Huc pertinet *fagy*, gelu, et gelascit, glaciatur. Item *fog*, dens, et capit: et dens certe, apud nos, vi nominis, est id, quod capit, cibum nempe ad mandendum. Demum *lep*, tegumen, vnde compositum *ágylep*, lectisternia; idem et verbum, tegit, operit. Et haec puto hoc loco sufficere: quaedam et alibi opportune recurrent (§. 180.).

§. 102.

Sed videndum est, cuius sit generis hoc *til*, dum pro verbo sumitur. Dico esse neutrum, pas-

sinae significationis, prohibetur, vetatur. Eius praeteritum est *tilott*, prohibitum, vetitum est, vel fuit; et ipsum hoc praeteritum, more nobis familiari, etiam pro participio eiusdem temporis sumtum, *tilott*, prohibitum, vetitum: *evec eo tiluvt gimilstwl*, lego, *evék az tilott gyimöltstöl*, comedit de prohibito fructu. Confirmat sententiam meam eiusdem verbi vsus, in ipso hoc monumento, iam sensu actiuo, sed per formationem mandatiui: *tilutoa wt*, lego, *tilotáa*, *tilotája*, *tilotája vőt*, more hodierno *tilotá ötet*, prohibuit eum. Sic *hull*, cadit, decidit; cuius praeteritum est *hullott*, cecidit, decidit; idem et participium eiusdem temporis, *hullott*, quod decidit; cum neutrum est. Sed per formationem mandatiui transit in actiuum: *hullat*, facit, curat, sinit cadere, decidere, deiicit. More scilicet plerorumque monosyllaborum assumunt et ista simplex formatiuum *et*, ipsam radicem *te*, sed inuersam, vnde verbum in tertia persona demonstrata *teszen*, facit, cum congrua vocalis mutatione: *hull*, *hullat*; *til*, *tilat*. Et ex prioris imperfecto primo in forma determinata, *hullatája*, hodie *hullatá*, facilius, clariusque intelligitur et posterioris idem imperfectum, *tilatája*, more hodierno *tilatá*. In *hullat*, quia radix *hull* duplici consona terminatur, manet congrua et propria formatiui vocalis; in *tilat* vero, quia radix *til* simplicem habet consonam finalem, cum *t* facilius iungendam, formatiui vocalis iam dudum est neglecta, vege-

idem cum syncope *tilt*, facit prohiberi, veta-
; prohibet, vetat: quo et Faludius vsus est,
opius tamen ad Scriptoris verbum accessisset,
pro suo praeterito *tiltotta* potius imperfectum
hibuisset, *tiltá*.

§. 103.

Et plura adsunt hodie verba, quae, in tali
matione transitiua, propriam formatiui voca-
n, olim certe assumtam, et expressam, lon-
vsu iam deperdiderunt. *Kel*, surgit, olim in
tiuum transiens fuit certe *kelet*, facit surgere,
citat: hodie autem non modo formatiui voca-
n, sed etiam suam propriam *e* in *ö* mutat,
lt, pro *kelt*. Sic *tel-ik* cum *ik* paragogico,
mpletur, repletur, neutrum formae passiuae;
nsitiuum quondam *telet*, facit compleri, re-
eri, complet, replet; hodie *tölt*, pro *telt*,
em significans. Est vero in promtu ratio muta-
e in his vocalis: ne, scilicet, transitiua ista
ntracta, *kelt*, suscitat, *telt*, complet, replet,
tenta prima radicis vocali, confunderetur cum
aeteritis primitiuorum, *kelt*, surrexit, *telt*,
mpletum est. *Telik*, resecto *ik* paragogico,
at *tel*: quod aeque, vt *til*, etiam substantiuum
se, *plenum*, et *plenitudinem* significans, docet
iectiuum pari modo ex eo formatum, *tel-es*,
nitudinem habens, plenus (§. 101.); cui vsus
phonicum interseruit, *teljes*; vnde orta de-
pronunciatio mollior, et hanc imitans scri-

ptio, *tellyes*. Quod ipsum diligentius inspicienti, patet euenisse etiam in comparatiuis ex *bel*, et *fel*, intus, et supra, formatis: primum *belebb*, *felebb*, interius, superius; postea *beljebb*, *feljebb*; demum *bellyebb*, *fellyebb*. Radicum *tel* et *til* haec similitudo, tam exacta, monet me, easdem probabiliter similes esse etiam verbi forma: sicut *telik*, *telel*, *telem*, completur, compleris, compleor, hodiedum viget; ita et *tilik*, *tilol*, *tilom*, prohibetur, prohiberis, prohibeor, olim in vsu fuisse. Ex *tilik* itaque, et formae, et significationis passiuae, tanto pronius est manuscripti participium significationis passiuae, quod supra indicaui, *tilott*, prohibitum, vetitum. Etiam *tilotája*, prohibebat, vetabat, determinate constructum, in comperto iam est, a verbo *tilat* esse, vetusta ratione in actiuum transeunte.

HALALUT, REZET.

§. 104.

Olim nomen *halál*, mors, accusatiuum habuit amisso accentu increscentem, assumto integro accusatiui formatiuo, quod iam alibi (§. 75.) indicaui *et* esse, cum congrua vocalis mutatione *at*, et *ot*, proinde *halalot*, mortem. Pariter et *réſz*, pars, quondam in accusatiuo erat cum integro formatiuo, *reſzet*, partem, accentu tamen propter hoc incrementum non amisso: siquidem neque adiectiuum ex eo formatum amittit, licet

increscens, *részes*, partem habens, particeps (§. 101.). Nunc perpetuo *részt*, et *halált* dicimus, neglecta in accusatiui formatiuo vocali propria, et retenta sola *t* consona. Poterant tamen ista et olim duplicem habere accusatiuum: quemadmodum et hodie habent complura huius classis nomina; quae in fine, ante simplicem consonam, vocalem acuunt: ex. gr. *fonál*, filum; *madár*, auis; *pohár*, poculum; *levél*, folium, epistola; *tehén*, vacca; *kenyér*, panis. Haec accusatiuum dant et cum sola formatiui consona, hocque pacto accentum vocalis posterioris non perdunt: *fonált*, *madárt*, *pohárt*, *levélt*, *tehént*, *kenyért*. Sed eadem, cum incremento syllabico, magis tamen ad euphoniam exacta habentur: *fonalat*, *madarat*, *poharat*, *levelet*, *tehenet*, *kenyeret*. Ad accusatiuum *részet*, ab *rész*, etiam auctoritate probandum, adest exemplum *ész*, mens; quod nomen hodie licet accusatiuum habeat *észt*, vti et nomen *rész* in eodem casu *részt* dicimus: Marosvásárhelyius tamen, cum integro formatiuo, adhibuit, *eszet*. *Az Isten az ő jovait közinkbe oztotta, ugy mint ezet, elmet, és akaratot* (pag. 594.): Deus bona sua inter nos distribuit, vtpote mentem (intellectum), memoriam, et voluntatem. Sic eodem vocabulo vsus est et Komjáthius, Marosvásárhelyio multo antiquior: *Kifeliül halad minden értelmet, ezeth, elmet* (ad Philipp. IV.): Quae exsuperat omnem sensum. Ad sensum explanandum addidit, pro more suo in-

tellectum, mentem. Et in hoc *eſzet* accentum omitti oportere docet adiectiuum quoque ex eo formatum, *eſzes*, intellectum habens, prudens, perspicax. Adest praeterea vsus hodiernus in voce *méſz*, calx, quae accusatiuum constanter format *meſzet*, nunquam *méſzt*.

VIZE, VIMAGGVC, VIMAGGOMVC.
W, VV, WT, UVT, VVT.
MIV, TIV, CHAMUV, UALOV, IAROV, IOV, KESERUV.
IOVBEN, BOVDUG, OVDONIA, OVGA.

§. 105.

In vocibus, quas hic collectas exhibeo: *vize*, *vımagguc*, *vımaggomuc*; *w*, *vv*, *wt*, *uvt*, *vvt*; *mıv*, *tıv*, *chamuv*, *ualov*, *ıarov*, *iov*, *keseruv*; *iovben*, *bovdug*, *ovdonia*, *ovga*: consona *v*, et in initio, et in medio, et in fine, hodie superflua, penitus negligitur: *íze*, *imádjuk*, *imádjamuk*; *ő*, *őt*; *mí*, *tí*, *hamu*, *való*, *járó*, *jó*, *keserű*; *jóben*, *bódog*, *ódania*, *ódja*. Sed exstat manifeste in hoc manuscripto: videndum itaque, quamobrem exstet, et quo veterum vsu. Gens nempe nostra orientalis est, et primigeniae linguae, quae Hebraea esse probatur, et hoc vsu quam proxima. Notant Grammatici Hebraei, א (*aleph*), non confundendum cum nostra vocali *a*, esse consonantem; quae vocalem antecedere, et sequi potest: esse scilicet spiritum lenem, qualem ore efflamus, quoties in Latino vel Grae-

eo sermone vocalem ab initio syllabae pronunciamus. Graeci per spiritum, quem vocant, lenem ('), in initio vocum exprimunt. Haec, ex Schrödero adducta, confirmant et Ioannis Seuerini Vateri dicta, iis continue subiuncta, quae ex eo iam supra attuli (§. 22.); In א *(aleph)* reuocandus est in memoriam lenis spiritus Graecorum: qui in vocis initio aeque nullam poterant vocalem efferre, quin lenem aliquem halitum praemisissent. Consona ergo א *(aleph)*, etsi hodie a nobis occidentalibus in pronunciando negligatur; quod, adspirandi Hebraeorum discrimina paulo delicatiora non assecuti, huius inprimis sonum parum percipi posse putemus: ab ipsis tamen Hebraeis certe olim expressa est, sed leniore spiritu, quam qui consonae ה *(he)* tribuitur. אָדָם, fere *Hâdâm*, non nude *Adâm*, pronunciabatur. אַלְמָנוּת, propemodum *halâmnuth*, viduitas, non vero omni spiritu suppresso, *almànuth*. Pariter in medio vocum, קָאדָשׁ, גָאלוּת, quam proxime *kâhdâsch*, sanctus, *gâhluth*, captiuitas; non autem pure tantum, *kâdâsch*, *gâluth*. Non ab simili ratione et in fine vocum, מוֹרָא, קַנּוֹא, *morâh*, saginatus, *kannóh*, zelotypus; non vero neglecto omni halitu, *morâ*, *kannó*. Efflarunt et nostri, spiritum, seu halitum aliquem lenem, et ante vocales, praesertim in initio vocum, et post vocales, tum in medio, tum quam frequentissime in fine vocum: qui cum ita notabilis fuerit, vt clare percipi, ac distingui

potuerit, sono fere ad consonam *v* accedente; eius literae adminiculo coepit notari in scribendis huiusmodi vocibus. Et est ea, hoc praesertim vsu, reuera Hebraeae ו *(vav)* indole, de qua adnotaui iam alibi Vateri obseruationem (§. 48.): eam, cum socia consona י *(jod)*, multo lenius ac fluidius pronunciatam fuisse, quam hodie proferatur, praesertim ab Europaeis. Fuisse olim etiam Aeolis *v* pro halitu ex iis licet inferre, quae Henselius adducit in Synopsi Vniuersae Philologiae (Sect. II. Cap. III. pag. 92.). „Digamma soli Aeoles inter Graecos vsurparunt, „propterea, quod illi a spiritu aspero abhorruerunt, proinde hanc literam F excogitarunt, „quae duplicis gamma imaginem praebet, leniusque spirat, quam Φ Graecorum. Postea tamen in huius locum surrogatum est, sonumque „Π adspirati imitari coepit. Quod plurima vocabula Latina, *Fero*, *Fama*, *Filosofus*, *Fuga*, „etc. declarant. Nam olim sonum literae V habuit, quod discimus ex *Victorino Afro:* F Aeolis idem valet, quod apud nos V, cum pro „consonante scribitur, vocaturque βάω, et digamma. Proinde sic scripserunt Aeoles: Fαμαξα pro ἄμαξα; Fεκεβολος pro ἑκηβολος; Fανὴρ „pro ἀνὴρ; Fέπτα pro ἑπτα." *V* literae sono, plane nostrorum more vetusto, sic certe protulerunt: *vamaxa*, *vekebolos*, *vaner*, *vepta*, halitu scilicet leniore pro spiritu asperiore, *hamaxa*, *hekebolos*, *haner*, *hepta*.

§. 106.

Vestigia huius efflati halitus sunt certe, vt de hoc primum loquar, in initio vocum, *vize*, *vimagguc*, *vimaggomuc*; quae nos hodie, eo iam dudum neglecto, pura vocali inchoamus, *ize*, *imádjuk*, *imádjamuk*. Fuisse in pluribus hunc halitum ex horum ratione credere pronum est. Potest vero etiam confirmari exemplis Fennicarum gentium, nobis lingua affinium: apud quos, ex vetusto illo halitum ante vocales efflandi more, et hodie voces aliquae nobiscum communes supersunt, eundem ipsum nostris olim familiarem halitum praeseferentes; in quibus tamen nos posteriores iam dudum neglexímus. Voces quidem illae, vitio potissimum Suecanicae orthographiae, non sunt ita purae, vt nostrae. Poteramus etiam vtrique, praesertim, ita dudum, ac longe diuulsi, aliquid in iis mutare. Signa tamen clara supersunt, eas communes esse, et sonum earum eadem cumprimis significatio satis definire potest.

In Codice MS. Transl. Bibl. saepius legitur vox nostra singularis, eadem et in Vita MS. Sancti Pauli Primi Eremitae, in Vita item iam edita Sanctae Margarethae Virginis, recurrens, *elejztébb*: hodie pro hac vsurpamus *elébb*, vel *elöbb*, prius. Haec, resecto comparatiui formatiuo, dat positiuum *elejzte*, sicut *elöbb* dat *elö*. Vtrumque valet *primum*. Licet hodie nec isto altero sic vtamur, cum prae illo adhibere soleamus *elsö*, contractum ex *elölsö*. Et *elö*, et *elölsö*,

hac omnino significatione habet plus vice simplici idem Codex MS., Transl. Bibl. Ọ elọ kirac (Dan. VIII. 21.): Ipse est rex primus. Elọlſọ kiracnac feiedelmi kọzzọl (Esther VI. 9.): Primus de regis principibus. Sed *eleſzte* vrgendum est. Hoc vocabulum apud Lappones et hodie vsitatum est, licet non ista puritate. Nam *primum* denotat apud illos, vt Ganander exhibet diuersorum Scriptorum differente orthographia, *wuoſts, wuoſtes, wueſtes, hweſtes.* Vt vero inter ordinales recurrit, *vuaſtad.* Resecto ordinalis formatiuo *d*, quale et nos habemus, *vuaſta;* mollioribus autem vocalibus, quas paulo ante vidimus in posterioribus diuersae scriptionis exemplis, *veeſte*, consonae *ſ* acuto vtique sibilo, *veeſzte*, par nostro *eleſzte.* In Lapponico et hodie manet halitus signum *v*, in initio ante vocalem efflati: quem quidem apud eos adeo lenem esse, vt ad *h* propius accedat, satis ostendit postremum diuersae scriptionis exemplum, *hweſtes:* si ipsos audire possemus pronunciantes, probabiliter *eeſzte.* Sed iis auditis, aliquid fortasse ex ore eorum perciperemus, quod inter duas vocales etiam *l* consonam interserendam suaderet, vt nos habemus, *eieſzte:* in quo tamen lenis spiritus inchoans, apud nos, memorati codicis aetate, iam defuit. At Funebris nostrae Allocutionis aeuo fuerit adhuc et in hac voce eius vsus: *veleſzte*, primus; *veleſztébb*, prior, prius.

Arbor

Arbor caua Lapponibus est *wuowd*, *wuowda*; nobis *odv*, *odu*, *udu*: rectiore orthographia Lapponica, et omisso *v* initiali, signo vtpote efflati lenioris halitus, prorsus eadem. Allocutionis nostrae temporibus fuit certe et hoc *vodu*. Furem porro Lappones vocant *waras*: Esthones consonam *r* duplicant, *warras*. Et hic *v* spiritum indicat, in vocis initio ante vocalem leniter emissum: quem nos in nostro *orv*, vel *or*, iam dudum non habemus. Spiritus signo, et Lapponicae formationis terminatione omissa, ex *w-ar-as* erit *ar*: cuius vocali ad nostrum sonum accommodata, redit demum nostrum *or*, radix communis. Apud nos ipsa radix *or* valet furem; verbum ex eo formatum, accedente *z*, *orz*, vel cum connectente congrua vocali, *oroz*, furatur; ex hoc *orzás*, furandi actio, furatio; *orság*, furtum, furacitas. Adspirandi consuetudine apud nos vigente, fuerunt olim et ista procul dubio, *vor*, *voroz*, *vorság*, *vorzás*. Deinde *wit* Lapponibus est quinque: *i* in *ö* abeunte, olim nobis quoque cum halitu expressum *vöt*, prorsus idem significans; quod iam hodie, et dudum satis, neglecto halitu proferimus, *öt*. *Wigget* postea iisdem Lapponibus est eniti, elaborare: et *wiggem*, substantiuum ex eodem semine ortum, nisus, conatus. Resecta, infinitiui *et*, ac substantiui *em* terminatione, *wigg*, et gemino *g* molliter prolato, *vigy* est certe radix nobiscum communis, vnde verbum deduximus *vigyekezik*, eadem plane si-

gnificatione, conatur, nititur; et abstractum, seu absolutum ex hoc substantiuum, *vigyekezet*, conatus, conamen, nisus; vocabula olim profecto et nobis cum halitu inchoata, sed hodie iam pura, *igyekezik*, *igyekezet*. Clarissimum est, quod vnicum adhuc profero de Lapponicis, verbum *waddet*, dare: quod ipsum pro exemplo adducitur in Lexico Ihreano, de Borealium quoque more, quem et nos serius amplexi sumus, literam initialem *w* saepe abiiciendi, lenioris vtpote spiritus signum duntaxat, *addet*, dare, pro *waddet*. Infinitiui terminatione *et* de his quoque ablata, quae residua sunt, *add*, et *wadd*, sunt Lapponibus nobiscum itidem communia: nisi quod nos, altero *d* neglecto, et in eius compensationem vocali producta, hodie iam sine halitu *ád* dicamus; et olim, certe eo etiam efflato, *vád* dixerimus; eadem omnino significatione, *dat*.

Nostrum *ezer* quoque, quod mille significat, commune nobis cum Persis vocabulum, vt apud Beregſzáſzium reperi, leui posterioris tantum vocalis mutatione differens, *hezar*, ex horum usu olim in initio spiritum aliquem habuisse, illum certe lenissimum Hebraeae consonae א *(aleph)*, *hezer*, aeque clarum ac manifestum est. Sed satis de his.

§. 107.

Iam de hoc spiritu leni, etiam voces vocali terminatas claudente, tanto certius est; si-

quidem in quibusdam vocibus monosyllabis, multi illam et hodie adhibeant; multi etiamsi negligant, quiescere tamen, valde et hoc Hebraeorum more, longioremque moram, seu accentum, vocali praecedenti addere doceant: *böv*, *hiv*; *bö*, *hí*; copiosus, vocat. Vetusti huius moris reliquiae sunt illae voces: in quibus spiritus iste, in casu recto quiescens, iam dudum penitus negligitur; accedentibus tamen formationum affixis, a vocali inchoantibus, resumitur; et, vt Grammatici Hebraei loquuntur, mouetur, hoc est, cum vocali sequente syllabam facit. Tales sunt: *hó*, nix; *jó*, bonus; *ló*, equus; *só*, sal; *ſzó*, vox; *tó*, palus, lacus; *kő*, lapis; *tő*, truncus, basis; *fű*, herba, gramen; *mű*, opus; *nyű*, vermis, teres; *ſzű*, cor: hae ita, vt dixi, increscentes, resumunt *v* quiescens, et eo ad syllabam sequentem cadente, productam vocalem suam corripiunt: *havat*, *javam*, *lovak*, *sava*, *ſzava*, *tava*; *köves*, *töves*; *füves*, *müves*, *nyüves*, *ſzüvem*. Accedentibus tamen affixis syllabicis, a consona inchoantibus, quae vocibus etiam consona terminatis sine connectente congrua vocali adhaererent, spiritus iste lenis iterum silet, et eius signum *v* non exprimitur: *hónak*, *joban*, *lóra*, *sóval*, *szóra*; *tóból*, *kőnek*, *tőben*; *füre*, *műben*, *nyüvel*, *ſzűvel*. Sunt et verba quaedam monosyllaba, in prima radice spiritum lenem quiescentem hodie tantum accentu indicantia: *hí*, vocat; *rí*, vagit, plorat; *sí*, plorat, plan-

O 2

git, vociferatur, stridet; *fzí*, sugit, attrahit; *ví*, dimicat, pugnat, certat; *ró*, incidendo notat in creniis; *fú*, flat, afflat; *bú-ik*, mergitur, abit, absconditur; *jő*, venit; *lö*, iaculatur; *nő*, crescit; *nyő*, atterit, lacerat, exstirpat; *fzö*, texit. Haec, in tempore praesenti ad formandas personas per affixa pronomina, a vocali inchoantia, deinde, etiam ad formanda ipsa tempora per notas characteristicas, itidem a vocali inchoantes, *v* quiescens pariter excitant, et ad motum reducunt; *hívok*, voco; *híva*, vocabat; *hívand*, vocauerit, etc. Quia lenis iste spiritus, in casu recto nominum, et in verborum primis radicibus, iam dudum quiescit; accedentibus praeterea etiam affixis syllabicis, a consona inchoantibus, aeque pridem altum silet: vbi tamen redit ante affixa vocalia, in iis formationibus eum tantum euphonicum esse, quidam hodie, et mea sententia, quam aptissime docent. Sed quod superius attigi, lenem hunc spiritum vocali, cui adhaeret, moram longiorem addere: in hoc quidem monumento apparet isto cumprimis valore adesse eius signum *v*, et in fine, et in medio quarundam vocum. Productae scilicet vocalis intensione expressus clare halitus, apud gentem adspirationibus magis olim, quam hodie, adsuetam, in huiusmodi vocibus fidelius exscribendis etiam signum suum exposcebat. Fideliter egi et ego, in lectione mea veterem in his morem secutus, vocalibus hac adspirationis nota non pri-

natis. Certe ista, vt scripta sunt, ita pronunciarunt veteres, quod *v* spectat, tantum vocalibus quibusdam ad nostram orthographiam accommodatis, vt praecipua memorem: *jovben*, *bovdog*, *ovdania*; *járóv*, *keserüv*. Atque ex his prostremis iam multo clariora sunt et illa Medgyesiana, *látó-v-úl*, *illendö-v-ül*, *tudomanyú-v-ak*, *sürü-v-en*, aliorumque supra (§. 46.) copiosius adducta, consuetudinem vetustam sequentibus, vltro, ac necessario ita deducenda ex *látov*, *illendöv*, *tudományuv*, *sürüv*: quae tamen hodie nos spiritum antiquorum in similibus iam dudum negligentes, dum explicare volumus: euphoniae studio facta esse, vt paulo ante monui, ad vitandum vocalium concursum, videmur quam aptissime docere.

§. 108.

Consulto ad finem reieci, separatas a ceteris, has scribendi rationes, *w*, *vv*, *wt*, *uvt*, *vvt*, vt ego lego, *vö*, *vöt*. In prima Allocutione longiore vbique *w et wt* occurrit, literis duabus *v v* in vnam figuram contractis: in secunda vero breuiore eadem separata ponuntur, *vv*, *uvt*, *vvt*, neque sine caussa, vt mihi quidem videtur. *Ö* nempe, et *ü*, vt veteribus fuit familiare, pronomen tertiae singularis personae, hodie, et iam dudum purum, olim cum leni halitu, in initio efflato pronunciatum fuisse, valde probabiliter coniicio vel ex eius origine. Hoc enim cum He-

braico pulchre conuenire, imo idem plane esse, in comperto est הוּ *(hu)* ipse, cum ה *(he)* adspiratione, quae in nostrorum labiis propius ad *v* accesserit, *vú;* vocalemque *ú* in rotundum *ű*, deinde serius in *ő* mutarit, *vü*, *vö*, is, ipse, ille. Atque hanc ipsam pronunciationem exprimi puto separatis *vv*, *uvt*, et *vvt;* primo *v* et *u* halitum valente, secundo vero vocalem *ő*, *vő*, *vőt:* ad ea etiam, quae contracta sunt, sed ex duobus vtique orta, *w*, *wt*, eadem resolutione translata, *vő*, *vőt*. Multum hoc probat et possessiuum huius tertiae personae pronomen, primitiui geminatione natum, prout et reliquarum personarum pronomina possessiua nata sunt, quod fusius doceo in Elaboratiore Grammatica mea. In primordiis certe nuda fuit geminatio *vövő;* serius deinde, primo halitu neglecto, sed altero praesertim inter duas vocales retento, *övő;* ac demum *ő* posteriore in *é* clarius abeunte, *övé*, illius suum aliquid. Et quemadmodum *vő* pronomen, ipsum sibi adiectum, aliquid ad se, ad tertiam nempe personam, referri indicauit; ita idem ipsum, etiam nominibus, particulisque affixum, horum ad se itidem, seu ad tertiam personam, ostendit relationem. In quo nexu olim certe id cum primaeuo suo halitu, vocali tantum congruenter mutata, et correpta, accessisse nominibus, docent clara et manifesta monumenti nostri exempla, *intetve*, *üldetve*, *kínzatva*, monitum-eius, persecutio-eius, crucia-

tus-eius, rudi in primordiis combinatione *intet-vö*, *üldetvö*, *kinzatvö*. Deinde *v* et *j* consonarum tanta illa vicinitas, vt altera in alterius locum substitui coeperit (§. 48.), eadem promiscue et sic dedit, *intetje*, *üldetje*, *kinzatja*. Istorum vero vsu postea magis magisque inualescente, illa demum superiora penitus exoleuerunt. Sed hoc monumentum singulare, et huic euolutioni opportune superstes, atque hoc etiam nomine magni aestimandum, pulchre conseruatam ostendit primam originem. Ostendit sane et in verbis *terömtéve*, *feledéve*, *vetéve*, *hallává*. Certe enim *vö* primigenium est in his, prima rudi formatione, *terömté-vö*, *feledé-vö*, *veté-vö*, *hallá-vö*. Et haec postea, *v* in *j* abeunte, sic etiam sunt dicta, *terömté-je*, *feledé-je*, *veté-je*, *hallá-ja*: vt illa altera secundi imperfecti, *terömtené-je*, *feledné-je*, *vetné-je*, *hallaná-ja*; procul dubio et haec de forma priore, *terömtené-ve*, *feledné-ve*, *vetné-ve*, *hallaná-va*; in prima omnium rudi formatione, *terömtené-vö*, *feledné-vö*, *vetné-vö*, *hallaná-vö*. Consona ergo *j*, vicaria primaeuae consonae *v*, in affixione relatiua ad tertias personas, et in ipsis etiam tertiis verborum personis formationis antiquae, quam modo vidimus, deinde in aliis, in quibus tam frequens adest: ex. gr. *látja*, *látandja*, videt, viderit, post consonas quoque, vt ex his, quae modo euolui, clare patet, non adest euphoniae dumtaxat caussa, sed cum affixo pronomine, vt eius pars propria, eo

vna allata, atque illic vna adhaerescens. Quia vero vtraque consona, *v* et *j*, ob nimiam suam lenitatem, iam olim saepe etiam negligi consueuit; vti eam reuera neglectam fuisse et hoc monumentum aliquot luculentis docet exemplis: *ő* purum, id est, sine halitu, congruenter mutatum, adiici nominibus, particulisque, ac verbis, hodie vulgo et apte tradimus; et *j*, vicarium vetustissimi *v*, hoc quoque vsu, euphonicum esse dicimus, etiam post consonantes, quibus id amicum esse ex consuetudine discimus, quam tamen iam ad legem quoque satis fixam commode reuocare possumus.

MIGE, ZOCOZTIA.

§. 109.

Vocalibus potissimum nostro more pronunciatis, *mige zocoztia* lego *mege ſzakaſztja.* Hodie *mege* in compositione vocalem posteriorem amittit, *meg ſzakaſztja.* Tali vsu integrum nuspiam adhuc legi: pro praepositione vero separata, et pro aduerbio, ita sumtum fuisse, docent plura exempla. *Mege*, et alias postpositiones similes, *ala*, *bele*, *köze*, posteriore vocali correpta, absoluto vsu olim viguisse, sine affixo pronomine, opportunius explico in Elaboratiore Grammatica mea. Eas omnes illuc transferri suasit ipsarum indoles singularis, et prorsus Hebraea, vt perinde ac nomina, affixis possessiuis iungantur. Quo qui-

dem loco euoluuntur, reuera etiam nomina esse, et vsu tantum postpositionum valorem accepisse. *Mege*, de quo solo hic loquor valet pone, post, retro. Absolutae postpositionis vsu legitur in Codice MS. Transl. Bibl. **Ordehatoc Bethavenben, te hatad mege, Beniamin** (Osee V. 8.) Vlulate in Bethauen, post tergum tuum, Beniamin. Quem locum Káldius sic vertit: *Ordítsatok Betávenben, te hátad megett Benjamin.* Quod tanto magis probat *mege* absolute *post* valere, sicut *megett*, sine affixo pronomine. Idem *mege* etiam instar adverbii, singulari construendi ratione, occurrit in eodem Codice. **Minden mege valo ǫregbibǫl** (Esther XIV. 5.): Ex omnibus retro maioribus suis. Valde ad verbum. Káldius idem sic reddit: *Minden ö elejek közzül.* Non quaero, vtra melior sit translatio: sufficit particulae *mege* vsum et hoc exemplo probari. Cum verbis compositum, hodie abbreuiatum per apocopen, *meg*, respondet Latinis in compositione particulis, *con*, *per*, *re*, quandoque et latius extenditur, *de*, *ex*, *in.* Proprie vim indit verbis ad perficiendum tendendi. Deinde, cum Hungari futurum in modo indicatiuo nullum habeant; idque tempus per praesens exprimere soleant: ad futurum certius indicandum frequentissime auxilio est et haec particula, *meg:* bene vero, et spectata ad perficiendum tendendi vi, et propter valorem, quem *mege* postpositio habet. *Meg irom*, scribam: proprie ad verbum, scribo post, scri-

bo in futuro. Auctum aduerbiorum formatiuo *ént*, quod hodie rari admodum vsus est, *meg*, *megént*, vti *ſzer*, *ſzerént*, et *vér*, *vérént*, abit in aduerbium repetendi, iterum, rursus. *Megént ezeket teſzed:* Rursum ista facis. Illa duo, quae illustrandi gratia adieci, absoluunt fere talium numerum. *Szerént* notius est, valet secundum: *termẻſzet ſzerént;* secundum naturam, natulariter. *Vérént* reperi in solo Codice MS. Transl. Bibl. Verent valo roken (Ruth. II. 1.): Consanguineus, sanguine proximus. Idem *meg* valet saepe etiam particulam copulatiuam *et. Én meg te:* Ego et tu. *Péter meg Pál:* Petrus, et Paulus. Quae enunciationes proprie hoc significant: Ego, post tu, postea tu; Petrus, postea Paulus. Sic istud vulgo quidem, et satis accommode exponitur. Sed *meg*, particulae copulatiuae valore, mihi certe diuersum esse videtur origine, licet sono conueniat, vt plura alia (§. 108.). Est enim hodiedum apud Esthones altera particula copulatiua *ning*, *nink*, et, etiam; apud Lappones *maittai*, *maidac;* apud Fennos vero *t* ac *d* iam sibilante, *myős*, *myőski*. Patet hic literae *n* in *m* amica mutatio. Nota est et *t* ac *d* literarum migratio in *g* (§. 76.). Est praeterea his linguis familiare, vt *n* interserant, aliasque consonas, ad sonum tantum fortius edendum. Diffunduntur eaedem linguae et vocalium frequentia diphtongorum expressione. His praemissis vocula communis vltro eruitur. Ex communi lingua primi-

genia, cum prima sint semper simpliciora, simplicius venit vel ad nos *meg*, vel ad Esthones *nig*, *nik;* quod postea sonantius esse coepit, *ning*, *nink;* apud reliquos autem auctius, et magis deflexum.

FOIANEC.

§. 110.

Obseruationes hactenus factae abunde docent, hanc scriptionem *foianec* non esse legendam *fiainak*, filiis eius, vt Faludius legit, sed multo rectius *fajának*. Est enim hic *o* pro breui et obtuso *a;* *i* vero pro *j*, vtpote inter duas vocales; ac demum *a* pro acuto *á*. Et *fajának* plane accommodum est ad hunc locum. *Faj* enim, quod bonum est vocabulum, et vere Hungaricum, idem valet ac genimen, stirps. Toti ergo genimini suo, toti stirpi suae, mortem comedit Adamus. Huic si litera *z* addatur, verbum ex eo efficitur, *fajz*, parturit, foetificat: ex quo deriuata fiunt, *fajzás*, foetificatio; *fajzat*, foetus, et iterum genimen. Pronum est inferre, ex *faj* ortum esse et *fi*, *fiú*, filius, mutatione, quod apud nos valde familiare est, tantum vocalium. Apud gentes certe Fennicae originis filius et hodie *poj* est: quod cum nostro *faj* exacte conuenire nemo negauerit; qui literarum, eiusdem praesertim organi, et soni proximi, mutationem in alias vel paululum notam habet. Literam *p*,

nam de reliquis hoc loco taceo, in *f* transire, et vicissim *f* in *p*, quam maxime procliue est, quia eiusdem sunt organi. Esthonica vocabula non pauca, si *p* in *f* mutes, accedente etiam vocalium aliqua mutatione, quae multo pronior est, et sono; et significatione prorsus nostra sunt. Illorum *pea*, *pä*, caput, nobis est *fö*; *pu*, lignum, nobis *fa*; *pilw*, nubes, *felhő*; *pilwes*, nubilus, *felhös*; *pool*, dimidium, *fél*. In *poj* ergo *p* in *f* mutato, erit *foj*, ipsum illud, quod in nostro manuscripto occurrit. Quod cum *o* pro *a* obtuso habeat, et hoc, nostro more scriptum, erit demum *faj*. *Poj* vero pro filio legitur in Sacra Scriptura Fennica. *Jos te naette ihmsen pojan*: *Ha ti nézitek, ember fiját*: Si videritis hominis filium (Ioann. VI. 62.).

VILAGBELE, NUGULMABELI, URUZAGBELE.

§. 111.

Latinorum praepositio *in*, ad interrogationem *quo*, apud nos exprimitur hodie postpositione *be*, quae nominibus durarum vocalium adiecta *e* suum mutat in *a*. *A' kertbe megyek*; in hortum eo: *a' malomba*; in molam. Olim vero, vt hoc manuscriptum docet, affigebatur pro *be* postpositio *bele*, retentis mollibus suis vocalibus cum nominibus etiam durarum vocalium. *Ez munkás világbele*; in hunc laboriosum mundum: *paradizum nyugolmabele*; in paradisi requiem: *mö-*

nyi országbele; in coeleste regnum. Eodem modo occurrit hoc *bele* et in Codice MS. Transl. Bibl. Miglen ġnġn bele forbolna (Esther XV. 11.): Donec rediret in se. Est et hodie idem *bele* in usu, sed separatum, cum affixis pronominibus auctum, deinde cum verbis compositum. *Belém, beléd, beléje; belénk, belétek, beléjek:* in me, in te, in eum, et in se; in nos, in vos, in eos, et in se. *Bele aprítom,* intero; *bele esem,* illabor, incido; *bele halok,* immorior; *bele ragadok,* inhaereo. Eadem vero, et similia, hodie sic quoque dicuntur: *beaprítom, beesem,* etc. Ex quo vsu id fere consequitur; vt *be* ex *bele* per apocopen ortum esse putetur: nisi ordo esset naturae conuenientior, vt ex simplicioribus oriantur composita; et Hebraea quoque praepositio בְּ *(be)* simplicissima, vt primaria prorsus eadem significatione, ita et sono, cum nostro *be* aeque simplicissimo, per omnia congrueret, planeque eadem esset. Et olim quidem, vt ea apud Haebraeos latioris est vsus, ita apud nos quoque, certe ad vtramque interrogationem, *quo*, et *vbi*, promiscue vsurpata est. Et communem hanc cum Haebraeis particulam, in nostra quoque lingua, fuisse antiquissimam, vltro patet: licet in vetustissimo hoc monumento nullum eius vestigium appareat. Sed praeter *be* viguit et *bele*, et, more postpositionum reliquarum, certe hanc etiam vltro patet ortum ducere ex nomine substantiuo, ex *bél* scilicet, assumta vocali *e*, et accentu

propter hoc incrementum amisso, *bel-e:* quemadmodum et aliae radices non paucae, si increscant, accentum suum ante affixa perdunt; *ád*, dat; *adok*, do: *nyér*, lucratur; *nyerek*, lucror: *kanál*, cochlear; *kanalak*, cochlearia: *kenyér*, panis; *kenyeret*, panem.

§. 112.

Est vero *bél* proprie pars interior, seu medulla, rei cuiuspiam: *dióbél*, nucis nucleus; *mogyoróbél*, auellanae nucleus; *gyertyabél*, ellychnium; *Bakonybél*, oppidum Bacuntiae, quasi medulla siluae Bacuntiae, in cuius interioribus hoc oppidum situm est. *Bél* postea translatum est ad significanda etiam viscera: *marhabél*, pecoris viscera, proprie pecoris interiora. Atque hac omnino significatione hoc ipsum nomen quam aptissime vsu obtinuit valorem etiam postpositioni conuenientem, *bele*, in, intro. Sed idem *bél*, vt adiectiua solent nostra ex substantiuis formari, assumit et *os* formatiuum, vocali tamen congruenter mutata, *béles*, vocali nihilominus radicali *é* longa, in hoc, et ceteris deriuatis, non correpta: quod in postpositione, vt vidimus, antiquitati facere placuit. Est vero *béles* vulgo placenta, artolaganus: placentae genus infartum plerumque dulciariis. Et est reuera adiectiuum; sed, absolute positum, abit in substantiuum: proprie enim *béles* idem valet, ac habens interiora, medullam, nucleum: et cum lagana no-

stra infarta sint, adhaesit hoc vocabulum his solis indicandis instar substantiui. Eidem radici *bél* adiicitur et *l* consona, litera nempe formatiua verborum ex substantiuis, cum connectente congrua vocali, hocque pacto abit in verbum, *bélel*, subducit, dat vesti interiora: *bélelek*; vel *e* medio expuncto, primae radici tantum connectendi caussa inserto, *béllek*, subduco: inde *béllés*, subductura, resumta connectente vocali, idem vocalius *bélelés*. Verba autem formari ex substantiuis, adiecta consona *l*, satis vtique notum est: *kapa*, ligo; *kapál*, ligone fodit, pastinat: *borotva*, nouacula; *borotvál*, adhibet nouaculam, tondet: *tüz*, ignis; *tüzel*, ignem succendit, apud ignem versatur: *ének*, cantus; *énekel*, cantum edit, cantat.

FEZE.

§. 113.

Clarum est, hanc vocem *feze* sic legendam esse, *feſze*, ad normam aliarum vocum, in hoc monumento recurrentium, *zumtuchel*, *zocoztia*, *zoboducha*, in quibus *z* pro *ſz* acute sibilante positum esse nullus dubitat, *ſzömtökkel*, *ſzakaſztja*, *ſzabadótsa*. Eius radix est certe *feſz*, quae vltro sistitur, resecto ex ipso *feſze*, hic in statu constructo, tertiae singularis personae pronomine *e*. Et quid ea proprie significet, hoc quoque facile potest determinari, etsi iam dudum exoleta sit. Non enim longe abscedet a deriuatorum

suorum significatu, *feſzes*, *feſzit*, *feſzül*. *Feſzes* adiectiuum, expansus, intensus, certe a radice substantiua *feſz* ita deriuatur: sicut adiectiua *nemes*, generosus, *lapos*, planus, a radicibus aeque substantiuis, *nem*, genus, *lap*, planum, planities. Porro et verba *feſzit*, expandit, intendit, *feſzül*, expanditur, intenditur, itidem talia sunt deriuata ab eadem radice *feſz*: qualia sunt verba *lapít*, planat, *lapúl*, planat, *tágít*, laxat, *tágúl*, laxatur, a radicibus *lap*, planum, planities, *tág*, laxum, laxitas. Hoc modo et *ſzor* radicem, iam dudum deperditam, euoluere, satisque definire licet ex deriuatis, quae et hodie in vsu sunt, copiosiusque diffunduntur: *ſzoros*, angustus, arctus, strictus; *ſzorít*, angustat, arctat, stringit; *ſzorúl*, angustatur, arctatur, stringitur. Sed radix *feſz* vrgenda est. Mihi videtur quam aptissime reddi *expansus*, non *expansio*, verbi actio, sed res abstracta ab actione, iam expansa, quemadmodum et *sensus* differt a *sensione*. *Lön halálnek és pokolnek feſze*: factus est mortis et inferni expansus. Per eum se mors et infernus expandit. Quem sensum habet et Sancti Pauli dictum: per vnum hominem intrauit mors. Habeo hanc vocem inter Vocabula Hungarica cum Hebraicis, Chaldaicis, Syriacis, et Arabicis cognata, quae collegi, et euolui copiosissima, edenda singulari Volumine. Reuera et apud hos *feſz* expandendi habet significatum, quemadmodum et *ſzor*, nobis cum iisdem commu-

ne,

ne, angustia est, et angor: vt adeo in explanatione mea tanto securius conquiescere possim. Adductis radicis *feſz* praecipuis deriuatis *feſzes*, *feſzít*, *feſzül*, admoneor et huius postremi deriuatum substantiuum abstractum *feſzület* adiicere: quo vocabulo Hungari crucifixum, sculptum Christi ad crucem affixi simulacrum, apposite, ac proprie expresserunt. Nam expansum dicunt, idque vocabulum huic vnice rei significandae consecrarunt.

HUG ES TIV LATIATUC.

§. 114.

Particula copulatiua *és*, et, apud maiores nostros, diu eadem, non mutata vocali, etiam postponi solebat vocibus, vt Latinorum *que*, et *quoque*. *Hug es tiv latiatuc*, lego, *hogy is ti látjátok:* quamquam, vt hodie loquimur, neque hic suo est loco: rectius, *ti is látjátok*, ad sensum Latini, et vos videtis, vos quoque videtis. Vsu veterum idem itaque *és*, et praepositiua, et postpositiua erat particula. Serius postpositiua *é* vocalem in *i* mutauit, eamque breuem, *is*, vt hodie cumprimis adhibetur constantissime. Reddit saepissime Latinorum *etiam*. In Codicibus MSS. *é* non mutatum dominatur. De exemplis plurimis adduco quaedam. In Vita Sancti Pauli Primi Eremitae legitur: **chudal vala azon ees:** mirabatur hoc quoque. In Vita Sanctae Christi-

nae Virg. et Mart. az kwlſỹ ſÿtetſegekre bochatlak tegedetes: te quoque ad tenebras exteriores mittam. In Sacris Sermonibus de B. V. Maria: ot lezen en zolgam es: ibi erit et seruus meus. In libris prelo expressis non multo rarius recurrit, praesertim sub initium. Apud Siluestrum certe vix aliter reperies: Mikippen, az ki túttököt elhiua, ſzent; azonkippen tües ſzentekke legetek (I. Petri I.): Quemadmodmodum, qui vocauit vos, sanctus est; ita et ipsi sancti estote. Et Telegdii aetate licet iam *is* coeperit innalescere, adhibet tamen hic Scriptor et alterum *és*, idque, vt obseruo, praecipue post voces in vocalem *i* desinentes, ad clarius ac certius particulae discrimen, et vt concursum vitet earundem vocalium. *Mellyeket eddig ſzollottunc, akarkies megértheti* (Part. III. pag. 15.): Quae hucusque diximus, potest quiscunque intelligere. *Hogy mies feltámadgyunc* (Part. II. pag. 23.): Vt et nos resurgamus. Post consonas habet *is* et *és* promiscue. *Annalis inkabb megharaguec* (P. III. pag. 24.): Tanto etiam magis iratus est. *Igeretitis vetette vrunc è halaſzas melle* (Part. III. pag. 17.): Etiam promissa sua adiecit Dominus ad hanc piscationem.

NUM IGG EMBER.

§. 89.

Maiores nostri Latinorum *nullus, non vllus*, diu ita reddiderunt *nem egy: núm igg ember*,

quod sic lego, *nöm egy ember*, est ergo nullus homo, non vllus homo, ad literam vero, non vnus homo. Serius mutata est haec loquendi ratio: et *nem* in *sem* abiit, quod nobis *nec*, et *neque*, valet; hocque ab *egy* diuulsum, substantiuum, quod *egy* afficit, aptius sequitur. *Nem egy ember múlhatja ez vermet*, hodie sic collocatum enunciamus, *egy ember sem múlhatja ez vermet*, nullus homo praeterire potest hanc scrobem. Fecerint hoc posteriores, quod priorem illam enunciationem erroneam repererint, sensu plane contrario: quo per negationem non excluduntur omnes, vt Latinae sententiae vis est, sed potius admittuntur. *Nem egy ember múlhatja ez vermet*, hodie hunc habet sensum, non vnus homo potest praeterire hanc scrobem, et vltro subintelligitur, sed plures, sed omnes; ergo omnes praeterire possunt. Eadem inest vis contraria etiam in aliis similibus enunciationibus, ex. gr. *nem egy ember teſzi azt*, non vnus homo facit hoc, subauditurque, sed plures, sed multi. Ad sensum illum, cum vi excludendi, nullus homo, nullus hominum facit hoc, dicimus, vt iam indicaui, *egy ember sem teſzi azt.* Veterum iste error, praesertim in Codicibus MSS. satis frequens est: siue ex nimio textui Latino insistendi studio; siue ex more adhuc Hebraeo, quibus לֹא אֶחָד (*lô âchâd*) non vnus, *nem egy*, familiare est pro *nullo* vsurpare. In Codice MS. Transl. Bibl. *nem* quidem in *sem* abiit, sed lo-

eum adhuc tenet ante *egy*, *sem egy*, *sem egyik*; et hoc iam propius est ad *nullus*. Sem eǵǵic ǫ vagocban semmit nem illete (Esther IX. 16.): Et nullus de substantiis eorum quidquam contigit. Kinec sem eǵ segedelme nini eǵeb (Ibid. XIV. 3.): Cuius nullus est auxiliator alius. In Precum Libro MS. nullus itidem per *sem egy* redditur. Sem egh ellensegh engem karhoztasson: Nullus inimicus me damnificet. Hoc postremum hodie sic dicimus: *egy ellenség se kárhoztasson engem*. Illa autem priora Káldius ita transtulit: *Senki ő marhájokban semmit nem illete: Kinek senki más segétője nintsen.* *Senki* iam inualuit pro *nullus*, quod et hodie viget. Patet vero et hic auxilio venisse *sem*, nec, neque; sed iam cum *ki*, quis, quisquam coniunctum; *semki*, proprie nec quisquam. Facilior pronunciatio *m*, praesertim ante *k*, in *n* mutauit, *senki*.

§. 116.

De *egy*, vnus, non conuenit inter Grammaticos hodiernos: quomodo scribi oporteat, praesertim si increscat affixo formatiuo a vocali inchoante. Pars magna, et fortasse potior, simplici *gy*, figura vetusta *ǵ* scribit, *egy*, *egyet*: alii hanc consonam geminari volunt, *egygy*, *egygyet*, vel scribendi compendio, *eggy*, *eggyet*, more vetusto *eǵǵ*, *eǵǵet*: alii plane durius etiam exprimunt, *edj*, *edjet*. Antiquissimum hoc monumentum *gy* emollitum expresse geminat, hac

aperta scriptione, *igg*, quae procul dubio sic est legenda, *egygy*, *eǵǵ*. Sed loco alio exhibet et simplici *g*, vtique emolliendo, sciptum: *ıg fa gımılcetul; egy fa gyimöltsétöl.* Si vsus gentium spectetur, quibuscum commune est nobis hoc vocabulum, Hebraeorum nempe אֶחָד (*echad*), vel Chaldeorum אֲחַד (*achad*), et vtraque forma in monosyllabum contracta, *echd*, *achd*, quod ipsum apud Lappones quoque, sic contractum, hodieque superest, variante orthographia, *acht*, *akt*, *agd;* reuera nihil pronius est ista geminatione emollitae apud nos *gy* consonae. Diuersae scilicet iam contractae vocis consonae radicales, apud Hebraeos, et Chaldaeos. ח (*chet*) et ד (*daleth*), apud Lappones vero *ch* et *t*, *k* et *t*, *g* et *d* ad vnam vocalem relatae, fortiusque in pronunciando expressae, in nostrorum ore medium sonum molliorem sunt imitatae: in quem vtique, et primam, et praesertim alteram procliuem esse, productis aliquot exemplis iam supra vidimus (§. 76.); et quem pronunciandi consuetudo fortior, ac sonantior, in vtriusque compensationem, serius quoque geminatum esse voluit: cum vocali iam molli, *echd*, *ekt*, *egd;* eadem in nostrorum labiis *egygy*, *eggy*, *eǵǵ*. Habet aliquid et illa durior nonnullorum expressio, *edj;* quod sonum Orientalium imitetur. Sed Chaldaei, non solum אֲחַד (*achad*), verum etiam חַד (*chad*) breuius vsurparunt, retentum nempe prioris semen primigenium, א (*aleph*) adspira-

tione, vt facilius pronunciaretur, ab initio non auctum. Sic certe monet Richardus: „vocabula „Hebraea ab initio plura, quam nunc, monosyl- „laba exstitisse. Principio dictum fuit *had*, nunc „dicitur *ahad*, vnum.“ Idem et Löscherus docet: „ אֶחָד (*achad*) ex חַד (*chad*), praefigendo „literam anhelatam aleph, factum est.“ Monosyllaba ista vocula ex lingua primigenia sic ad nostros quoque maiores propagata est, vocali iam molli, חֵד (*ched*): quae, ח (*chet*) densa adspiratione sensim in leniorem mutata, ac demum penitus neglecta, et ד (*daleth*) in *gy* molle abeunte, dedit tandem simplex nostrum *egy*. De hoc primitiuo sunt quaedam deriuationes, etiam compositiones nonnullae, quae simplici *gy* proferuntur, et scribuntur: *egyedül*, solitarie; *egyetemben*, simul, vna; *egyaránt*, pariter, aequaliter; *együgyü*, simplex; *elegyes*, miscellaneus; *elegyít*, miscet. Haec ego, cum prima origine magis cohaerentia, malo ad alias quoque simplicis primitiui *egy* inflexiones extendere; quam nisu affectato, qui serius vitio natus est, geminationem in iis sectari, etiam scribendi incommodo satis molestam.

MULCHOTIA.

§. 117.

Ex obseruationibus hucusque factis certum est, *mulchotia* legendum esse *múlhatja*, litera *ch*

pro *h* densius adspirato, et vocali *o* pro *a* breui et obscuro sumta. Faludius legit *mulattya*. *Múlom*, *múlol*, *múlik*, est verbum neutrum, formae passiuae, labor, euanesco, praetereo. Assumto potentiali *hat* fit *múlhatom*, *múlhatol*, *múlhatik*, possum labi, euanescere, praeterire. *Múlhatja* ergo, verbum potentiale, actiue, ac determinate constructum, ex sensu etiam manuscripti ampliore significatu extenditur: *és nöm egy embör múlhatja ez vermöt*, et non vllus homo praeterire potest hanc scrobem, tumulum nempe. Faludianum *mulattya* minus dicit: non vllus homo praeterit hanc scrobem. Nullus hominum praeterit, Scriptor vero ait, non modo non praeterit, sed nec praeterire potest. At insolens est verbi neutrius, praesertim formae passiuae, constructio actiua determinata, ex. gr. *múlom az idöt*, quasi ita diceres Latinae, ego euanesco tempus, pro eo, mihi tempus euanescit, *múlik az idöm*. Exempla quidem huiusmodi valde rara sunt cum verbis neutris simplicibus: at, si ea composita sunt, frequens viget vsus, ea etiam actiue construendi. *Lépem*, *lépel*, *lépik*, gradior, simplex neutrum, formae passiuae, absolute, et indeterminate sumitur: at idem compositum, *áltál lépem*, *áltál lépel*, *áltál lépik*, transgredior, iam actiue etiam, assumta forma determinata construitur: *áltál léped parantsolatimat*, transgrederis mandata mea. Sic Telegdius construit, exemplo prorsus singulari, verbi *esik*, cadit, pluit, compositum *meg*

esik. Kis aſzony havanac ötödic napiara virado-lan az Esquilinus hegynec eg reſzet bevseges ho megeſé — az ho megeſte vala à hegyet (Part. III. 509.): Ad mensis Augusti diem quintum dilucu-lo Esquilini montis partem quandam copiosa nix contegebat — nix contexerat montem. Sed ipsum *múlik*, cum *el* compositum, actiue constructum, occurrit etiam in Codice MS. Transl. Bibl. **Sen-kinec ne ikkec eket napokat ieles inneplesnelkvl el-mulni** (Esther IX. 27.): Nulli liceat duos hos dies absque solennitate transigere. De aliis dein-de neutris: **Ez eletet erössen altalmegem** (II. Machab. VI. 27.): Fortiter hanc vitam transibo.

§. 118.

Deriuata a verbo *múlik* complura sunt, et pleraque a prima significatione multum abluden-tia, ea inprimis, quae formationem mandatiuorum acceperunt. *Mulatok, mulatozom*, cunctor, mo-ror, tardo: et horum porro deriuata eadem si-gnificatione retenta. Párizpápaius certe hace il-lis adscribit. Proprie vero, spectata mandatiuae formationis vi, idem haec valent, ac si diceres, facio, sino mihi elabi, praeterire, quod subin-telligitur, tempus, vel taedium; latius porro sumtum, recreo, et exhilaro me. Et ipse Páriz-pápaius hunc etiam posteriorem significatum tri-buit deriuato *mulatság*, tarditas, mora, otium, recreatio: solum vero hunc sequentibus, *mulat-ságból*, ex recreatione, exhilarationis gratia;

mulatságos, iucundus. Proinde haec ex. gr. interrogatio, *hol mulattál?* varia vrget: vbi moratus es? vbi siuisti tempus elabi? ubi recreatus es? Lectio Faludiana, *nem egy ember mulattya ez vermet*, proprie hunc habet sensum: non vllus homo facit praeterire hanc scrobem; nullus homo facit, vt haec scrobs praetereat. Cum tamen hic, non ipsa scrobs praeterire, sed homo scrobem praeterire, imo praeterirc posse negetur. Illo prorsus sensu loquitur vel ipse vulgus, *még nem mulattad idejét*, si in re aliqua obtinenda nihil adhuc neglectum esse dicat: non adhuc siuisti elabi, praeterire, tempus eius, rei nempe, quam vis, quam optas. *Idöt mulattok*, eleganter habet Codex MS. Transl. Bibl. (Dan. II. 8.), ad textum illum Latinum exprimendum, *tempus redimitis*:, quem locum Káldius sic reddidit, *az idöt halasztjátok*, etiam mandatiui verbi auxilio, *tempus labi facitis*.

OZCHUZ.

§. 119.

Ozchuz procul dubio legendum est *azhoz*, ad eum, vel illum, ad eam, ad id. Articuli praepositiui vsum ita et nos in sermone nostro habemus frequentissimum, vt et reliquae gentes Europaeae: ex quibus Germanos, nobis viciniores cumprimis nominandos puto; apud quos articuli der, die, das, perpetuo resonant, etiam cum ge-

neris discrimine, quod nos tamen nullum prorsus habemus. Potestas eorum non ea est semper, vt directae demonstrationi deseruiant, quemadmodum Latinorum articuli, ex. gr. hic vber mons, dies ille, haec res. Sumuntur plerumque ad rem notam magis designandam; *az halál*, *az idő*, *az élet;* der Tod, die Zeit, das Leben: mors, tempus, vita. *az embernek az élete*, *az halálnak az ideje*. In Allocutionum Translatione Latina non est ex Latini sermonis indole huius articuli praepositiui tam assidua expressio. Ego, quod expresserim, eam habui rationem: vt voces singulae, quae in hoc monumento occurrunt, suum significatum in promtu haberent. Vterque articulus, et praepositiuus tantum, *az*, is, ille; et alter itidem praepositiuus, sed vna etiam demonstratiuus, *ez*, hic, iste; ex his item composita, semper demonstratiua, *amaz*, *imez*, is, ille, hic, iste: olim *z* suum, vt in hoc quoque monumento clare patet, constanter retinuerunt, et ante vocalem, et ante consonam sequentis vocis. Vnde elucet hos articulos, integros, ac veros esse, *az*, et *ez*, cum *z* consona, quae sonat apud gentes etiam Orientales, quibus haec vocula nobiscum communis est, in qua nihil impedit vocalis post consonam expressa. Est certe Hebraeis pronomen demonstratiuum זֶה et זוֹ (*ze* et *zo*) hic, ille, haec, illa. Aethiopibus lubet vocalem et postponere, et praemittere, *ze*, et *ez*. Est idem pronomen apud Esthones etiam, sed

more Hebraeo, *se*, is, iste, vocali postposita. Sed ex nostris integris, ac veris, *az*, et *ez*, quomodo *a'* et *e'* ante consonas tantum, apocopata in vsum venerint, hoc loco explanabo. Sunt tamen quaedam antea altius repetenda.

§. 120.

Articulus praepositiuus diu integer adhibitus est: et, non modo praecessit voces, vt et hodie praecedit, sed in scribendo iusto interuallo, in pronunciando etiam mora aliquantula, quae percipi possit, separatus; verum et iunctim praefixus cum iisdem cohaesit, simulque, vt vox vna, pronunciatus est. Nos, orientalis originis gentem, quid mirum est, et hoc vsu praecipue Hebraeis proximos esse: quorum sermonis indolem in nostro multam vtique sequimur, tam deriuandi, quam construendi ratione. Horum articulus praepositiuus ה (*ha*) sic iunctim omnino praefigitur. הַמֶּלֶךְ (*hammelek*), *az király*, rex: הָאִישׁ (*hâisch*), *az férfi*, vir; הָאָרֶץ (*hâàretz*), *az föld*, terra. Cum deinde euphoniae studium consonam *z* mutabilem fecit; sensim, sed diu tamen vsu promiscuo vigente, *z* in sequentem consonam abiit; nondum periit, integritatis indicium vel mutata consonante sua retinuit; fortius, et suo, et sequentis sono expresso, perinde, atque in consonantium concursu, pronunciatum est. Huius vsus exempla occurrunt in Codice MS. Transl. Bibl. ennapot (Esther XVI. 22, et alibi saepius),

hunc diem; annephez (Baruch I. 7. et alibi non raro), ad populum. Deinde in Precum Libro MS. ahhazomvasscegec, tres ferrei claui. Apud Komjáthium leguntur multo frequentiora: *akkisded*, paruulus; *annagyobb*, maior; *ammalaſzt*, gratia; *ammellyet*, quod; *ammennyire*, in quantum; *ammiglen*, quoadusque; *ammit*, quod; *ammi urunk*, *atte felebarátod*, *atti felebarátotok*; in quibus *ammí*, *atte*, *attí*, sunt pronomina geminata, cum praepositiuo articulo, ad possessorum praesentiam intensius indicandam, Latine genitiui casu reddenda: nostri dominus - noster, tui dominus - tuus, vestri dominus - vester. (In Dedicatione, deinde B. ij. C. ij. D. iiij. G. ij, vj. et alibi saepissime.). Et ista posteriora, *ammí*, *atte*, *attí*, crebro sic recurrunt in Precum quoque Libro MS. in Vita MS. Christinae Virg. ac Mart. Pariter et *z* integri, praesertim cum postpositionibus, vt est in hoc monumento *azhoz*, aliisque particulis affixis coniuncti, quam plurima sunt exempla, cumprimis in Sacris Sermonibus MSS. de B. V. Maria: *azból*, ex eo; *ezböl*, ex hoc; *ezben*, in hoc; *ezről*, de hoc; *eznek*, huic. Etiam Komjáthius, morem varians, habet *azhol* pro *ahhol*. Deinde licet ab vtroque modo deficiat, ex. gr. *avagy*, ante ipsum tamen hoc *v*, quod spiritum esse et ipse agnosceret, secundum superius dicta (§. 106.), consonae *z* defectum supplet adspirationis litera *h*, cum *v* magis conueniente, *ahvagy*, ne syllaba prior mora longiore

destitueretur. Facit hoc ille, quod sane singulare est, etiam ante verbum *volt; een akaratom ahuolt*, mea voluntas ea fuit; quod hodie sic dicimus, *én akaratom az volt, a' volt.*

§. 121.

In illa superiore ratione euphonica, *z* in sequentem consonam mutandi, irrepsit sensim, pronunciandi mollitie, neglectus prioris consonae: articulus tamen iunctim praefixus cohaesit cum nominibus. Sunt huius rei exempla in Precum Libro MS. **ethomloch**, hic carcer; **asegedelem**, adiutorium; **akereztfan**, in cruce. Non rara sunt in ipso etiam Codice MS. Transl. Bibl. Sed eiusdem Codicis Scriptor eam tamen adhibuit diligentiam; vt consonae prioris defectum interserto punctulo notaret: **a· gorka tarto**, candelabrum; **a· magaraʒat**, interpretatio; **e· kez**, haec manus; **e· beʒed**, hic sermo. (Dan. V. 5, 12, 24, 25.). Serius deinde, vt hodie imprimis viget, successit punctulo signum apostrophi ('): *a' gyortyatartó, a' magyarázat, e' kéz, e' beszéd.* Ante nomina, a consonis inchoantia, tenet haec regula: vt articulum praepositiuum apocopatum, defectus signo notatum, constanter adhibeamus. At vbi ipsis his articulis, tanquam nominibus, affixae accedunt postpositiones, aliaeque particulae, cohaesionem amantes: durat et hodie in plerisque antiqua ratio, articuli consonam *z* in adhaerentis affixi consonam mutandi: *annak*,

illi; *attól*, ab illo; *arra*, supra illum; *arról*, de illo; *akkor*, eo tempore; *afféle*, eius generis; *ennek*, *ettől*, *ebből*, *erre*, *erről*, *ekkor*, *efféle*. Aliqua tamen vsu praeualente, apostrophum habent: *a'hol*, vbi; *a'hoz*, ad illum; *e'hol*, hic, *e'hez*, ad hunc; *a'mi*, quod; *a'mint*, sicut. Scriptores quidam, potissimum Transiluani, quia ante nomina apostrophi vsus inualuit, vt vbique aequabilem tenerent rationem, eo et in his, similibusque, malunt vti: *a'nak*, *a'tól*, *a'ból*, *a'ra*, *a'ról*, *a'kor*, *a'féle*; *e'nek*, *e'től*, *e'ből*, *e're*, *e'ről*, *e'kor*, *e'féle*. Apostrophi vsu, tam ante nomina, quam ante affixa in his posterioribus, compendium aliquod est fortasse in scribendo: sed idem in pronunciando perperam inducitur. Nam ista, vtut ita scribantur, *a'nak*, *a'tól*, *a'ból*, *e'nek*, *e'től*, *e'ből*; fortius tamen, geminatae consonae sono, pronuncianda sunt: *annak*, *attól*, *abból*, *ennek*, *ettől*, *ebből*. Pari ratione, ex vsu veterum, etiam ante nomina, licet sic scripta, *a' gyortya tartó*, *a' magyarázat*, *e' kéz*, *e' beszéd*, omissae consonae vis, in exstante nominis consona, sonantiore expressione exerenda est: *agygyortya tartó*, *ammagyarázat*, *ekkéz*, *ebbeszéd*. Quod cum ego iam dudum persuasissimum habuissem; ea est ratio, cur articulos apocopatos, *a'* et *e'*, in versibus meis, ad morem Graecorum ac Latinorum exactis, constanter pro longis adhibuerim, non accentu acuto, sed positione longis, quod vltro patet. Media fere ae-

tate, non pauci Scriptores nostri, inter quos praecipuus est Telegdius, praepositiuos istos articulos apocopatos accentu graui, *à* et *è*, signare consueuerunt: quo signo isti quoque moram longiorem, ad compensandam omissam consonam radicalem, his vocalibus dandam esse satis indicarunt, diuersam ab acuta, grauem scilicet, seu obtusam, productam tamen; qualis auditur in voce *kêd*, ex *kegyed* contracta, diuersa ab acuto *é*, ex. gr. in voce *két*, dubium. Confirmatur ergo et horum vsu, hos articulos pro longis sumi oportere.

IORGOSSUN, KEGIGGEN.

§. 122.

In lingua nostra radices primae partem maximam monosyllabae sunt. Ad harum numerum pertinent et istae duae hic nobis oblatae: *irg*, et *kegy*. *Irg*, misericordia; *kegy*, gratia, suauitas: verba ab iis deriuata: *irgat*, miseretur; *kegyed*, gratiam facit; licet hodie neutro horum vtamur. Faludius, etymologica inuestigatione et hic neglecta, istis quoque verba substituit hodierna, a prima radice deriuationibus secundariis longius reiecta: *irgalmazzon*, *kegyelmezzen*. Ego malui et hic scriptioni vetustae inhaerere, eiusque rationem ad nostram accommodare: quamobrem legi, vt more nostro legere debui: *iorgasson*, *kegyedjen*. In scriptione tamen ista, *ior-*

gosson, vti et in illa, quae in altera Allocutiuncula occurit, *iochtotnia*, principio adhaesi aliquantulum: debeamne vtramque vocalem distincte, altera non omissa, exprimere, *iorgasson*, *ioktatnia*; an vero fauere me oporteat Lectoribus, vt ii vocibus his, hodierno vsu lectis, sensum illico assequi possint. Sed decuit me in his quoque minutiis fidelem esse. Qui adhaererent in prima lectione; iis, vt in ceteris facio, et hic sufficientem possum affundere lucem. Succurrit enim mihi, veteres, in his, similibusque, quorum plura exempla reperi, post vocalem *i* propterea vocalem *o*, propiorem priori, nec ab eius societate abhorrentem, interseruisse: vt duarum consonantium, quae sequuntur, expressio facilior et sonantior esset, *iorgat*, *ioktat*, miseretur, introducit. Haec caussa fuerit et in voce *inkább*, magis, potius, in Sacris Sermonibus MSS. de B. V. Maria sic exarata, *ionkább*. Sane et in Codice MS. Transl. Bibl. facilius et sonantius enunciatur praeteriti geminata nota characteristica, interiecta post *i* vocali *o*, in verbis sequentibus, *iottatok*, *hiottam*, *viottanak*, bibistis, vocaui, pugnarunt; hodie *ittatok*, *híttam*, *víttanak*, quemadmodum et illa huius manuscripti verba iam dudum efferimus, *irgasson*, *iktatnia*.

§. 123.

Sed demonstrandum est, *irgl*, et *kegy*, veras esse radices: ostendendum praeterea, quomodo ab

ab his verba, *irgat*, et *kegyed*, orta sint. Habemus substantiua plurima, *lom*, et *lem* terminatione: quae pleraque a verbis deriuata, quaedam etiam a nominibus, radices suas clarissime exhibent. In horum deriuatione olim literas tantum *lm*, cum connectente congrua vocali *a*, vel *e*, radici adiectas fuisse, explicabo postea ad vocem *hatalm* (§. 145.). Huiusmodi substantiua de plurimis adduco aliqua. *Siralom*, fletus, ploratus, lamentum; *ſzidalom*, vituperatio, conuicium; *rútalom*, turpitudo, foeditas, spurcicies; deinde *félelem*, timor, metus, formido; *türelem*, toleratio, perpessio; *segedelem*, iuuamen, auxilium, adiutorium. In his radices esse, *sír*, *ſzid*, *rút*, *fél*, *tür*, *segéd*, et reliqua per formationem deriuatorum iis accessisse, nemo non videt. *Sír*, flet, plorat, lamentur; *ſzid*, vituperat, lamentatur; *rút*, turpis, foedus, spurcus; *fél*, timet, metuit, formidat; *tür*, tolerat, perpetitur; *segéd*, aeque iuuamen, auxilium, adiutorium. Iam vero sunt et hodie in vsu, *irgalom*, misericordia, *kegyelem*, gratia, clementia, illis superioribus terminatione prorsus aequalia: ergo etiam eodem modo deriuata. Si igitur ea, quae deriuationis lege et in his adiecta esse quisque videt, pariter resecentur: quae supererunt, *irg*, et *kegy*, erunt certe radices. Sed pro *kegy* iam supra ad vocem *miloſzt* (§. 30.), attuli et aliud argumentum, quó reuera radix esse probetur,

§. 124.

Iam ex *irg* proximum deriuatum *irgat* verbum esse ostendit *irgasson*, tertia singularis persona praesentis temporis in subiunctiuo, quod apud nos ipse imperatiuus est. Imperatiuus vero in verbis, in *t* purum desinentibus, praecedente vocali breui, et assumtum *j*, imperatiui characteristicum, et radicis literam *t*, in *s* mutat, sibili asperi consonas: ex. gr. *mutasson*, ostendat; *fusson*, fugiat; *kövessen*, sequatur; *üssön*, percutiat: quae sunt a verbis *mutat*, *fut*, *kövét*, *üt*, ostendit, fugit, sequitur, percutit: ergo et *irgasson* ab *irgat*. Porro *et*, frequentissimum verborum formatiuum, cum de nominibus, tum quam maxime de verbis deriuatorum, cum significatu id facientis, quod primitiuum denotat, cum congrua vocalis mutatione, eidem *irg* adiectum, produxit verbum *irgat*: *irg*, misericordia, *irgat*, misericordiam facit, miseretur. Talia sunt hodie a verbis orta: ex. gr. a *teng*, victitat, vitam tenuiter degit; *teng-et*, facit quempiam victitare, quempiam tenuiter sustentat; ab *ég*, ardet, *ég-et*, facit ardere, vrit, cremat; a *forog*, *forg*, vertitur, *förg-at*, facit quidpiam verti; a *tsurog*, *tsurg*, fluit tenuiter, *tsurg-at*, facit tenuiter fluere. Sed de his vberius loquor in Elaboratiore Grammatica mea Etymologiae Part. II. Sect. I.

§. 125.

Ex *kegy* autem formatum est verbum *kegyed*, assumto *ed*, etiam verborum, sed potissimum neutrorum formatiuo, maximam partem de nominibus deriuatorum, itidem cum congrua vocalis mutatione. *Kegy*, gratia, *kegy-ed*, gratiam facit, culpam condonat. Prorsus ita, vt ab *ár*, inundatio, deriuatum est *ár-ad*, inundat, exundat. Radicis *ár* vsus est et hodie: *nagy a' víz árja*, magna est aquae inundatio; *árvíz*, exundans aqua, inundatio aquarum. Deinde vt a *víg*, laetus, hilaris, descendit verbum *víg-ad*, laetatur, exultat. Item vt a *tám*, ortus, oriens, deductum est *tám-ad*, oritur. Haec quidem radix iam exoleuit; sed eam apud Sinas eodem hoc significatu vigere refert Hellius in Epistola ad Sajnovitsium data. Illud tamen non probo, quod nostrum *támadat*, hodie pro *ortu* sumtum, sic deriuari putet, *tám-adat*, addatque significationem, opinione sua genuinam, quasi *ortus-dedit*. Plane non etymologice. Nam *támadat* est substantiuum abstractum eo modo a verbo *támad* deriuatum, vti *támadás* substantiuum actionis: proinde primae radicis, vt sic dicam, quasi nepos est, *tám*, *támad*, *támadat*; *támadat* autem et *támadás* sorores, et filiae verbi *támad*, proximae scilicet suae radicis. Quod si staret, esset etiam *áradat*, ipsa aqua, quae iam exundauit, *ár-adat*, quasi *inundatio dedit*. Deriuationis lex, in similibus semper sibi constans, aliud docet:

ár, *árad; áradás*, et *áradat*. Codex MS. Transl. Bibl. habet hanc vocem pro torrente. **Mambranac aradattatol fogua** (Iudith II. 14.): A torrente Mambre. Et bene pro torrente *áradat*, pro aqua scilicet, et pluuia inundante, et de monte cum impetu labente. Sed *túm* pro ortu, et oriente, semen primigenium, est etiam apud Hebraeos.

BULSCASSA, BULSASSA.

§. 126.

Imitatus sonum hodierni verbi *botsássa*, motus etiam auctoritate veteris manuscripti, ex quo paulo post quaedam producam, in his, *bulscassa*, *bulsassa*, vocalem *u* pro *o* sumsi, emendatisque post literam *l* consonis, legi *boltsássa*. Manifestum est, hoc verbum ex nomine *bultsú* deriuatum esse, eodem *et* illi adiecto, verborum formatiuo, de quo supra egi (§. 124.), non modo vocali congruenter mutata, sed etiam cum postrema radicis vocali in vnam longam coalescente, *bultsú-at*, *bultsát*. *Bultsú*, indulgentia; *bultsát*, indulgentiam facit, indulget. Illud singulare est: in quibus vocibus veteres literam *l* neglexerunt, ex. gr. quae vel hic occurrunt, *ód*, *bódog*, nos in his nunc exprimere solere, *old*, *boldog*: et in qua illi enunciarunt, vti hic in *bóltsát*, nos in hac hodie penitus supprimere, *botsát*. Quo fit, vt huius verbi *botsát* radicem esse vocem *bultsú*, *bútsú*, *bótsó*, hodieque superstitem, admodum pauci in animum inducant.

§. 127.

Bűltsű, proprie indulgentia est. Et eodem vocabulo Ecclesiae quoque indulgentias nostri quam aptissime exprimebant: quod postea fere his solis significandis etiam consecrasse videntur. In Precum Libro MS. ante Precationem ad Iesum patientem haec legitur rubrica: Ennÿe bolcha wagyon ez ide ala walo ymadsagnak: hwzon neegh ezer estendeye: walaky megh olwassa. Item ante aliam Precationem: Cristusnak felthamadasarol ualo ÿmadsag: kÿnek hwzon negh ezer estendeÿg walo bolcha wagÿon. Demum ante Precationem ad B. V. Mariam: Keth negwen ezer estendeÿg walo bolchja wagÿon. In quibus locis obseruo, hanc vocem, in statu affixo, non, vt hodie dicimus, *bűtsűja*, sed contracte *boltsa*, adhibitam fuisse: quemadmodum et nunc in his *hoſzſzú*, *borjú*, *fagygyú*, *gyapjú*, possessiua sic exprimimus: *a' dorongnak hoſzſza*, fustis longitudo; *fiam' borja*, filii mei vitulus; *a' juh' fagygya*, *gyapja*, ouis sebum, lana. Imo locus posterior satis indicat, hac aetate adhuc viguisse etiam simpliciorem radicem, *bolts*; cui affixum pronomen cum *j* connectente adiectum est, *boltsja*. Et idem hoc *bolts* est, veteri enunciatione *bults*, quod olim propria dedit nomina et viris, et vicis. Haec sunt illa exempla, quae adducenda paulo ante promisi (§. 126.): quibus et illud probaretur, in *bultsát* pro *u* potius *o* vocalem scribendam esse, *boltsát*. Sed quod vsum adhuc

spectat huius vocabuli, quia Ecclesiarum Patrociniis, ac Dedicationibus, iunctae sunt indulgentiae, etiam huiusmodi solennitates, encaenias, Hungari *bultsú* nomine vocitant: item peregrinationem sacram, vtique indulgentiarum caussa, *bultsú járás*. Et haec in sacris.

§. 128.

Est vero huius vocabuli vsus etiam in profanis, sed significatio diuersa, indulgentiarum tamen occasione nata: *bútsút veszek*, *bútsúzom*, valedico; *bútsú vétel*, valedictio. Hoc postremum retento *l* vetusto, occurrit in Vita MS. Sancti Pauli Primi Eremitae: Bolchuwetlen meeg el; Abis non dicta salute. Nempe, qui ex diuersis locis ad indulgentias conuenerunt, noti, amici, cognati, cum postea diuellerentur, mutuo sibi fausta quaeque, et imprimis indulgentiarum participationem, precabantur. Hoc ergo erat principio *bútsút veszek*, indulgentiam accipio. Deinde, cum eadem esset consuetudo fausta precandi, alia etiam quacunque abitus ac diuulsionis occasione, mansit vsus eiusdem verbi *bútsút veszek*, *bútsúzom*, sed sensu illo, qui latine redditur, *valedico*, *bútsúvétel* autem *valedictio*. Potuit vero iste significatus his vocabulis adhaerere etiam ex illo valedicentium more; quod in ipsa diuulsione mutuo eorum veniam peterent, quibus sese inuicem fortasse offendissent, discedentesque accepta horum indulgentia, seu condo-

natione, praeter depromta alia votorum genera. *Botsat* porro, tanquam diuersum a *boltsát*, cum tamen eadem haec sint origine prima, et tantum *l* litera differant, serius neglecta; etiam ab indulgendi modo, quod, quibus indulgetur, iis culpa dimittatur: primum *dimittere*, deinde et *mittere*, seu *sinere abire*, coepit valere, hodieque eadem valet. Dimittere, praesertim compositum cum *meg*, ex. gr. *botsáss meg nekem*, dimitte mihi, culpam scilicet. Mittere, sinere abire, imprimis cum *el* compositum, ex. gr. *botsáss el engem*, mitte me, sine me abire. Etiam simplex pro mitto, ex. gr. *követeket botsátott*, legatos misit. Idem vero *botsát*, amisso *at* formatiuo, et substituto in eius locum *an* verborum itidem quorundam formatiuo, dum abit in *botsán*, *botsánok*, quod quidem ipsum non admodum in vsu est, sed deriuata eius frequentissime adhibentur, significationem habet constanter veniae, ignoscentiae. *Botsánat*, substantiuum abstractum, venia, ignoscentia; *botsánandó*, *botsánatos vétek*, culpa venialis.

SCEN ACHSCIN MARIAT.

§. 129.

In *foen* deest hic litera *t* errore calami, qui paulo post emendatur, et vox tota nostro plane modo scripta exhibetur, *szent peter*, et sic correcta bis praeterea recurrit, *szentucut*, *szentii*.

Sed vocem hanc, vt hic primum scripta obseruatur, sibilo acuto per combinationem *ſc* expresso *ſcent*, olim complures ita scripserunt; imo et alias voces, satis frequentes, ex. gr. *veſeedelem*, *teſcen*, *ſceg*, hodie *veſzedelem*, *teſzen*, *ſzeg*. Certe in Precum Libro MS. et in Codice MS. Transl. Bibl. plurima sunt huius combinationis exempla. *Szent*, vt ego puto, desumtum est a Latinorum *sanctus*, omissa *us* terminatione *sanct*; et vocali dura in mollem mutata, etiam *c* consona Italorum more neglecta, *sent*. Vox iam Hungara ciuitate donata gaudet etiam deriuatis compluribus. Vide, si lubet, Párizpápaium. Sed Beregſzáſzius opinatur vel ad ipsos Latinos hanc vocem ab oriente venisse. Nos vero inde potius nobiscum attulisse pronius est: cum sanctus, ac sacer, et Persis *schen*, et Sinis *schyn* dicatur. Et in *Zend-Avesta*, quod nomen olim Zoroastris Doctrinae proprium fuit per excellentiam, Beregſzáſziique dextra et accommoda eruderatione *Zend-Besta* esse probatur, Sacrum Verbum, *Szent Beſzéd*, nostrum *ſzent* certe integrum adesse nemo non videt. Etiam vocis *beſzéd* origo communis eruitur, antiquum *beſz*. Quam tamen apud nostros putarem potius *beſze* fuisse postrema vocali auctam: cum deriuatum ex eo et verbum *beſzél*, narrat, sermocinatur, accedente scilicet verborum *el* formatiuo, et nomen *beſzéd*, formatiui *ed* adiectione, vocalem acutam et productam habeant, duarum vocalium in vnam con-

cretione, *besze-el*, *besze-ed.* Qua deriuationis lege spectata, vltro patet, et verbi *segél*, iuuat, et nominis *segéd*, iuuamen, radicem esse, licet hodie exoletam, *sege.*

§. 130.

Achsin lego more nostro *aszszony*, geminata *sz* consona sibili acuti, proinde fortius pronuncianda. Atque ex ipso hoc nisu soni fortioris puto irrepsisse illud *ch* in *achsin*. Gens nostra, vtpote orientalis, videtur olim adspirationibus, vti Hebraea, aliaeque, huic cognatae, multum innutrita fuisse. Et cum aliquid paulo vehementius fuisset enunciandum, conatu illo, praesertim post vocalem *a*, quendam halitum et nostri olim efflarunt, qui deinde in scribendo, vel per *ch*, vel solum per *h*, quasi necessarius ex consuetudine, etiam exprimeretur. Obseruaui id ipsum in Codice MS. Transl. Bibl. praecipue in imperatiuis: qui, vt emphatice exprimerentur, in lingua nostra duabus minimum consonis terminantur; characteristico nimirum imperatiui formatiuo *j* ad radicem adiecto; quae litera intensius expressa, etiam quadam soni affinitate, cumprimis in vocibus *a* vocali refertis, tanto proclinior erat ad halitum quoque densius efflandum. En exempla. Ne akarÿh felned (Esther XV. 12.). Noli timere. Fiam, irgalmazÿh ennekem (II. Machab. VII. 27.). Fili mi, miserere mei. Durauit haec vehementius adspirandi consuetu-

do etiam Komjáthii aetate. Litera z in articulis *az*, et *ez*, ante consonantes quoque diu integra permanens, coepit iam euphoniae caussa migrare in consonantem vocis, quam praeibat, eique coniuncta fortiorem vtique pronunciatum poscebat. Qua de re iam alibi satis superque egi (§. 120.). Komjáthius vero ab efflando halitu temperare non potuit, cum istud *z* ante *v* consonam, procul dubio in hanc mutandum, fortius voluit enunciare: *ahuagy az en tudatlansaagomerth*, vel propter ignorantiam meam; deinde *een akaratom ahuolth*, mea voluntas ea fuit. *Ahvagy*, *ahvolt*, pro *avvagy*, *avvolt*. Vide eius Dedicationem Viduae Perényianae inscriptam.

§. 131.

Beatae Virginis Mariae cultum, Sanctus Stephanus, commendante quam maxime Sancto Gerardo, Episcopo Tsanadiensi, magno apud Hungaros conatu promouit; eamque Dei Genitricem praecipuam ac propriam Regni Patronam delegit. Mire feruebat, hoc exemplo, et instituto, Hungarorum in hanc Matrem pietas: qui eam, praeter alias Ecclesiae compellationes, mente atque animo illi singulariter deuoto, *Dominam suam*, *Magnam Dominam*, et, vt quaedam vetustiora habent monumenta, *Nobilem* quoque *Dominam* nominarunt. Habet et hoc manuscriptum *Szent Aszszony Máriát*, Sanctam Dominam Mariam. Imo et in ipsa Ecclesiae Precatione, An-

gelicae, et Elisabethae Salutationi adiecta, non dicunt, vt illic est in Latino, Sancta Maria, sed *Aſzſzonyunk Szüz Mária*, Domina nostra Virgo Maria. In Precum Libro MS. et haec saepe recurrunt: Nemes aʒʒoñom, nemes aʒʒonyunk ʒÿʒ maria; Nobilis Domina mea, Nobilis Domina nostra Virgo Maria. Et iste hic vsus sacer vocis *aſzſzony*, et qui alibi quoque recurrit, tam apud Scriptores, quam in sermone quotidiano, in compellandis foeminis honoratioribus, abunde docet: idem vocabulum *aſzſzony* ita apud nos proprie dominam, ac matronam, inter foeminas significare; quemadmodum *úr* inter viros dominum denotat; proinde foeminam, mulierem, eo tantum per abusum appellari.

§. 132.

Quid vero postea? destituimur nempe vocabulo, quo mulierem, ac foeminam, proprie denotemus; et sumus Germanis inferiores, qui dominam, matronam, Frau appellant, mulierem vero Weib? Sed suppeditat nobis proprium huius sexus vocabulum Codex MS. Transl. Bibl. quod quomodo postea exoleuerit, non capio. Diligentissime distinguitur in toto hoc opere domina a muliere, a foemina. Domina perpetuo *aſzſzony* est. A mas ʒolgalo lañ ꝃoveti vala ꝗ aʒʒoñat (Esther XV. 7.). Altera famularum sequebatur dominam suam. Mulier autem, et foemina, vbique *némberi* dicitur. Es marada anem-

beri ꝙ ket fiaytol ꝛ ferietꝙl megvalt (Ruth I. 5.). Remansitque mulier orbata duobus liberis suis, ac marito suo. Nemberi gondolat alat ferfiv elmet viseluen (II. Machab. VII. 21.). Et foeminae cogitationi masculum animum inferens. Quod vocabulum compositum esse ex *nő*, et *emberé*, genitiuo nominis *ember*, *nő-emberé*, coniux-hominis, demum per contractionem, vocalibusque mutatis, *némberi*, explico fusius loco suo in Elencho Vocum Singularium ad eundem Codicem MS. Transl. Bibl. Antiquitatum Literaturae Hungaricae Volumine III. *Aszszony* ab Hebraeorum אִשָּׁה (*ischscha*) deriuari plurium est opinio. Quod factum fuerit voce inuersa, *aschschi*, adhaerente illi, ad magis definiendum, *n* consona, ex *nő* resecta, *aschschi-n*, quasi viri coniux. Non sufficit nempe nostris ה (*he*) Hebraicum, voci אִישׁ (*isch*), *vir*, ad terminationem foemininam adiectum, אִשָּׁה (*ischscha*), quasi *vira*, si hoc sermo Latinus pateretur; placuit igitur vocem adoptatam etiam nostra terminatione foeminina magis definire. Quae formatio valde probatur et huius manuscripti rudi adhuc scriptione, et ad primam originem proprius accedente, *achscin*, Hebraicum שׁ (*schin*), sibili asperi, abiit serius in שׂ (*sin*), sibili acuti consonam: et prima vocali *a*, ex affinitatis lege, etiam alteram sui ordinis exposcente, ac propterea *i* in *o* mutato, est formatum est demum nostrum *aszszony*. Et Lappones communem hanc vocis originem habere

videntur; nisi quod illi consonam *n*, et in initio, et in fine adiecerint, *nifzfzon;* quamquam apud multos tantum initialis auditur, *nifzu*. Et vel ista vocis origine spectata satis apparet, *afzfzony* aliquid praestantius valere, *viri* nempe coniugem; quam *némberi* valeat, quod *hominis* tantum *coniugem* significat. Praestantiam agnouerunt etiam Scriptores nostri vetustiores: qui, posteaquam *némberi* exoleuit, mulierem, foeminam, in genere, nunquam per solum *afzfzony* expresserunt; sed, vt humilius aliquid indicaret, adiecerunt illi nomen *állat*, prima significatione substantia, res, demum animal; *afzfzonyi állat*, *afzfzony állat*, quasi substantia, res, animal, ad heram, ad dominam spectans, ab huius nempe obsequiis, vt est famula, pedisequa.

MICHAEL ARCHANGELT, ES MEND ANGELCUT. PARADISUMUT, PARADISUMBEN.

§. 133.

Hungari voces peregrinas ad genium linguae suae accommodant. Earum nempe vocales, cumprimis, si diuersae sint classis, ad eandem reuocant; deinde etiam consonantes, si difficiliores sint pronunciatu, in faciliores mutant; et syllabas saepe reiiciunt, potissimum in fine, frequenter ab initio, non raro in medio. Quem morem nostrum iam dudum notauit Tsétsius in aurea Appendicula sua de Etymologico Hungarico:

Id nihilominus non illico, vt vox quaepiam a peregrinis accepta est, eos fecisse, cum multa alia tum hoc manuscriptum satis clare docet. Vidimus supra voces Slauorum, adhuc integras, vsurpatas fuisse, *milost*, *timnuc*, *brat* (§. 30.): quae serius postea, Hungaricis labiis aptata, migrarunt in *malaszt*, *tömlötz*, *barát*. Hic occurrit Hebraicum *Michael*, aeque integrum; Graecum *Archangelos*, *Angelos*, resecta tantum terminatione *os*; *Paradisum* vero, in forma Latina, pariter incorruptum. Tardius et haec, ore Hungarico deformata, domestica esse coeperunt: *Mihály*, *Arkangyal*, *Angyal*, *Paraditsom*. Atque haec ipsa etiam vocum peregrinarum seruata in hoc manuscripto integritas, inter cetera, satis luculentum est remotae eius aetatis argumentum. *Arkangyel* tamen, et *Angyel*, etsi reliqua duo iam formam Hungaricam induisse reperiantur, recurrunt et serius cum Graeco suo *e* nondum in *a* mutato. Precum Liber MS. in Cantilena, quam iam anno 1786 edidi, hoc habet initium: **Angelotnak nagsagos asszonya**; Angelorum magnificentissima Domina. In Precationibus quoque perpetuo sic eadem vox legitur: **O angeloknak dyczösege**; O angelorum gloria: **Angelok ymadanak**; Te angeli adorabant. In Sacris item Sermonibus MS. de B. V. Maria nuspiam secus, atque **angelok**, **angeloknak**, **angeloktol**, eadem vox scripta exhibetur. De accusatiuo *angyelkot*, qui in manuscripto nostro occurrit, iam supra

monui (§. 68.); hunc per syncopen esse ex *augyelokot*.

ODUT.

§. 134.

Vnicus est locus iste in nostro hoc manuscripto; in quo praeteriti temporis participium passiuum adhiberi debuisset; et actiuum tamen adhibitum est, *kinek adott hatalm:* quod hodie rectius ita efferimus, *kinek adatott hatalm*, cui data est potestas. De participio *tilott*, quod passiuum esse videtur, alibi iam egi (§. 101.). Et olim viguit, et hodie quoque valde hic vsus viget: vt actiua participia, tam praeteriti, quam imperfecti temporis, tanquam communia, etiam passiue construantur. Dicuntur certe, et scribuntur vulgo similia: *fogadott szolga, olvasott pénz*, pro his, conductus seruus, numerata pecunia; deinde, *meg vogyon már kötve*, *le vagyon már írva*, pro his, est iam ligatum, est iam descriptum. Cum tamen *fogadott*, tertia singularis persona praeteriti temporis de actiuo verbo *fogad*, idem et participium, non sit vtique *conductus*, sed *qui conduxit*; pariter et *olvasott*, de actiuo verbo *olvas*, non sit *numeratus*, sed *qui numerauit*. Sic quoque de actiuis *köt*, et *ír*, participia imperfecta, in vsu valore plerumque praeteriti, *kötve*, et *írva*, non denotant *ligatum*, *scriptum*, sed *ligans*, sed *scribens*, aut certe *qui ligabat*, *qui scribebat*. Haec Grammatici accura-

tiores ita cupiunt emendata esse: *fogadtatott szolga*, *olvastatott pénz*, *meg vagyon köttetve*, *le vagyon íratva*. Sed vsus inualescens, etiam praeposterus, adeo tenet imperium; vt illa superiora actiua, communia, vt paulo ante innui, iam dudum facta, pro passiuis quoque vsurpari velit. Talia nihilominus si dicantur, *sokat olvasott*, *sokat látott ember*, subsistunt egregie, significantque hominem, qui multum legit, qui multum vidit. In coniugationibus nostris eo praestamus Latinis: quod nos in forma actiua etiam praeteriti temporis participium habeamus; quale ipsis dant sola verba deponentia: in forma item passiua, eodem prorsus modo, est nobis, et praesentis, imperfectique temporis participium.

§. 135.

Ceterum, tametsi frequens est nostrorum ille error, multa adsuetudine iam pene legitimus; adsunt tamen, praeter accuratiores quosdam Grammaticos, Scriptores quoque non pauci: qui ista participia cum religione quadam distinxerunt; nosque, auctoritate sua, ad parem in scribendo diligentiam, satis excitant. Adducam de plurimis nonnulla tantum exempla, atque ea de participiis imperfecti dumtaxat temporis; quae sunt hodie in construendo, passiua quidem forma, multo minus in vsu. Codex MS. Transl. Bibl. inter cetera haec habet. **Gedeztetven selem palastal z barsoñal** (Esther VIII. 15.): Amictus

ctus serico pallio; atque purpureo. Oloferneſtøl kerdeztetuen (Iudith VI. 12.): Ab Holoferne interrogata. Sacri Sermones MS. de B. V. Maria: Az te akaratodert valanak teremtetuen: Propter voluntatem tuam erant creata. Deinde Draskovitsius: *Az zent yrasnak mondasi megh woltanak magyaraztatwan, es az Isteny twdomannak regulaya meg wolt erewssetetwen* (P. 4.): Sacrae Scripturae dicta fuerunt explanata, et diuinae scientiae regula fuit confirmata. Item Telegdius: *Elrannac ezec reitetuen e vilagi bölchektül* (Part. III. pag. 668.): Sunt haec abscondita ab huius mundi sapientibus. Porro Lucas Pétsius: *Minden adossága meg uala engedtetve* (pag. 10.): Omne debitum eius erat condonatum. Etiam Marosvásárhelyius: *Elvala iegieztetve* (pag. 667.): Erat desponsata. Et ipse Pázmánus in Libro Precum: *Ez elött fel valanak ékesittetve; de most özvegyen; és letapodtatva; gyázban ülnek* (pag. 369.): Antehac erant exornatae; nunc vero; viduae, et protritae; in luctu sedent. Denique Speculum Poenitentiae: *Most láttok engem halálra menni, megkinoztatva, megverettetve, és megszaggattatva* (T. 1.): Nunc videtis me ad mortem ire, excruciatum, verberatum, et dilaceratum.

§. 136.

Hodiernos quosdam Grammaticos, nescio, quis praeposterus rapiat feruor: vt passiuorum ab actiuis formationem more mandatiuorum;

omni retro aetate, quantam quidem superstites commonstrant Libri, et Codices MSS. semper probatam, semperque usurpatam, temerarie tamen, et insulse reiicere contendant: quasi ea, non ex linguae nostrae indole petita, sed Latinorum potius imitatione male fuisset arrepta; et quod eadem ratio vtraque haec verba formandi, et passiua scilicet, et mandatiua, ambiguam redderet sententiam. Furiosius peccatur ab his postea: quod, dum ista nobis tanta contentione eripiunt, in eorum locum verborum obtrudant monstra; iisque passim, et ephemerides, et scripta alia, horrendum referta esse velint. Quod vitium non possum non et hoc loco pro merito carpere: quandoquidem patrii sermonis puritas adeo et mihi cordi est; vt eam maiore etiam conatu, prolixioribusque Grammaticis Disquisitionibus meis, euoluendam iam dudum sumserim. Non modo nimia, sed etiam ridicula est illa claritatis sollicitudo: vt propterea, eadem verborum formatio, similesque terminationes, licet ex ipsa linguae indole petitae, de ea tamen tollendae existimentur. Vllane est in orbe lingua, quae has non habeat? Latinam inspiciamus nobis magis familiarem. Cuius tamen Grammatici Latini animum ea vnquam subiuit cogitatio: vt similes vocum terminationes, ad tollendam ambiguitatem, reiiciendas suaderet? Cur itaque nostri tantum, et isti quidem recentiores, sic ineptiunt? Antiquioribus enim grauior fuit mens.

Pereſzlényius certe de hoc ipso, quod in praesenti tractamus, vltro monet (Part. IV. §. 3.): verba passiua cum mandatiuis formatione conuenire. Ille vero quid tamen postea commendat? *Differentiam ergo certam accipe*, ait, *ex sensu. Deinde etiam coniugationis alterius affixa habet passiuum, alterius mandatiuum.* Recte hoc quidem in singulari tantum numero; si passiuam formam cum actiua indeterminata comparet: nam in plurali neque affixorum vlla est differentia. Eadem postea forma passiua, collata cum actiua determinata, in plurali omnibus tribus personis discrepat; in singulari autem secundis tantum, et tertiis. Nam primae, vt idem ipse et hoc adnotare non neglexit, ex. gr. *olvastatom*, legor, el *olvastatom* mando legi determinatum aliquid, voce conueniunt, hoc est, terminatione, seu affixo personali. Pauciores sunt tamen personae ex sensu discernendae; plures autem vltro distinctae propriis diuersae formae terminationibus. Quo fit, vt tanto leuior euadat illa vitandae ambiguitatis cura, cum inepte scrupulosa, tum etiam in ipsam linguam male audax.

§. 137.

Mandatiuorum, et passiuorum de actiuis, formatiuum primum, ac proprium, est verbum *et:* quod, vocali radicum vocalibus accommodata, abit etiam in *at.* Idem hoc *et*, mutata dumtaxat vocali, differt a vetusto *it*; quod hodieque

R 2

superest apud Turcas; quibus *itmek* est *facere*; et, *mek* infinitiui terminatione abiecta, residuum *it* verbi radix certe faciendi actio, *facit*. Hoc ipsum *it* in Chaldaea quoque lingua viget, in formatione certe passiuorum. Vsus ipsius, vocali ante consonam dominante, quo ea loco hodie tantum in compositis sonat, latius fuit olim in lingua nostra extensus, ad formanda alia quoque verborum genera: quae me paulo post, loco magis opportuno (§. 150.), partem aliquam attingere oportebit. Extra vsum harum formationum, itidem verbi valore, ipsum solum adhibitum, vocalem post consonam reiecit, *te*: de qua radice est nostrum verbum *te-sz-ek*, facio, pono, cum *sz* euphonico: Fenniorum autem absque eo, *te-en*, aeque facio, ago; *te* nempe radix, faciendi, agendi significatione, et pronomen *én* ei iunctum, primaeua rudi formatione, nostris quoque originibus certe vsitata. Sed, quae coepi de *et* formatiuo; ea iam prosequor. Id in formatione mandatiuorum, et passiuorum, adhaeret radicibus plerumque monosyllabis: ex. gr. *kér-et*, *ir-at*; *kér-et-ik*, *ir-at-ik*. Secundum formatiuum maius, de eodem primo natum, vsus iam vetustus auxit in initio geminatione radicalis consonae *t*, *tet*, vocali congruenter mutata etiam *tat*: quod radicibus adnectitur polysyllabis, et quibusdam monosyllabis: *keres-tet*, *olvas-tat*; *keres-tet-ik*, *olvas-tat-ik*.

§. 138.

Haec formatiua in mandatiuis retinent vim suam actiuam, in forma, vt construendi poscit ratio, et indeterminata, et determinata; prima, et propria significatione, *facit*; quae tamen, et latius sumta, vulgo reddi solent per verba, *iubet*, *mandat*, *curat*. Verba, quibus ea iunguntur, pro linguae nostrae indole indeflexis, Latine vtique infinitiuo reddenda, sunt actiua, et neutra. Mandatiuorum nominatiui, cum formatiuis *et*, ac *tet*, concordantes, seu personae eorum, agunt remotius. Accusatiuos autem, quos habent, verba his formatiuis coniuncta afficiunt: et actiua quidem eos plerumque patientes faciunt; neutra vero propius agentes. Actiuis insuper, praeter accusatiuos patientes, accedit saepe et casus cum postpositione *vel*, id est, *cum*; quae Latine aptius effertur praepositione *per*. Et casus iste, postpositione affectus, iunctorum verborum vim exerit in accusatiuos patientes propius agendo, nominatiuorum remotius agentium iussu, vel curatura. Dixi vero actiua accusatiuos plerumque patientes habere. Nam quandoque et ista, perinde ac neutra, habent eos etiam agentes. Et hoc pacto mandatiua nostra respondent Hebraeorum verbis in HIPHIL: quibus aeque vis effectiua inest. Quae explano, clariora reddentur exemplis. *Könyvet olvas-tat-ok Péterrel*: Librum legi facio cum Petro, id est, per Petrum. *Terhet emel-tet-ek a' szolgámmal*: Onus leuari fa-

cio cum seruo meo, id est, per seruum meum. *Lovaimat úsz-tat-om;* Equos meos natare facio. *Bátyámat le ül-tet-em:* Fratrem meum, natu maiorem, sedere faciam. *Majd meg kiált-at-lak;* Iam te clamare faciam.

§. 139.

In mandatiuo itaque, vt rem eandem repetam breuius constrictam, ipsius inflexi verbi persona concordans, seu nominatiuus, huius solius, id est, formatiui tantum verbi *et*, ac *tet*, vim exerit; iubet nempe, mandat, curat: verbi autem cum eo iuncti significationem casus ab eo rectus, seu accusatiuus, agit in neutro; patitur in actiuo, tertio aliquo propius agente. Iuncta ergo verba actiua, in mandatiuis quoque, significationem suam plerumque iam passiue exprimunt. Vt vero eam ipse etiam nominatiuus, cum formatiuis concordans, omisso accusatiuo, pati intelligeretur: personarum formatiua sunt iis adiecta voci passiuae propria, quot quidem adsunt; reliqua autem, communi valore sumta, ex sensu pariter passiuum indicatura. *A' könyv olvas-tat-ik:* Liber legitur. *A' terch emel-tet-ik:* Onus leuatur. Tantam autem vim inesse solis istis personarum formatiuis docent verba quaedam actiua; quae ipsa eadem, nullo aucta formatiuo passiuo, assumtis istis dumtaxat personarum formatiuis, iam passiua redduntur. Certe *tör* actiue idem est, ac *frangit;* sed iam *tör-ik* ab omni

vulgo passiue sumitur, *frangitur* nempe. Sic quoque *hall* est *audit; hall-ik* vero *auditur.* Habet Telegdius et *old* verbum actiuum, *soluit*, solo personae formatiuo auctum, *old-ik*, etiam passiue, *soluitur. Meg oldék nieluenek kötele, és iol szol vala* (Part. III. pag. 12.): Soluebatur linguae eius ligamen, et bene loquebatur. Pronum erat iam et mandatiua hoc modo passiua reddi. Atque haec, in nostra lingua, genuine expressa, etiam formatiuorum *et*, ac *tet*, valore sese exerente, quae hoc iam pacto abierunt et ipsa in passiua, reuera paraphrastica sunt passiua, Hebraeorum verbis in HOPHAL respondentia: *a' könyv olvas-tat-ik;* liber legi, vel legendus, efficitur, iubetur, mandatur, curatur: *a' tereh emel-tet-ik;* onus leuari, vel leuandum, efficitur, iubetur, mandatur, curatur. Et ista quidem, vi omnino externa, in patientes verborum personas agente, quod fit in Latinis quoque passiuis, directe, et multo clarius passiua sunt: quam ea, quae recentiores pro passiuis, immoderatius, et, vt mox videbimus, inepte obtrudunt.

§. 140.

Est vero admodum antiqua, et genti nostrae prope coaeua, haec ratio passiua formandi, more mandatiuorum. Nam, praeter praesens hoc monumentum, mole sua perexiguum, in omnibus certe paulo prolixioribus, tam manuscriptis Codicibus, quam etiam Libris prelo expressis,

quos quidem ego legere potui, ea in singulis fere paginis saepius etiam recurrit. Imo passiua haec formatio iam eousque processit: vt et neutra quaedam verba, etsi formae actiuae, significatione tamen quodammodo passiuae, eam subire cogerentur. Occurrit certe apud Komjáthium: *Mykypen iruan vagyon, hogy igazuitassal az te bezydydben* (Ad Rom. III.): Sicut scriptum est, vt iustificeris in sermonibus tuis. *Az egyebek penyg meg vakultattanak* (Ibid. XI.): Ceteri vero excoecati sunt. Item apud Gabrielem Pesthium: *Mert a tennen mandasodbol igazwltatal* (Matth. XII.): Ex verbo enim tuo iustificaberis. Etiam apud Tinodium: *Az kiral szep hada azzal meg remültetec* (M. 4.): Regis pulcher exercitus eo est consternatus. Praeterea apud Gallum Anaxium: *Annac okaert szinte ackeppen dichőültetünk meg a Christussal* (f. iiij.): Quapropter prorsus eo modo glorificabimur cum Christo. Denique apud Draskovitsium: *De ektelen dologh, hogy megh chyonkultassanak* (L.): Sed immanis est res, vt mutilentur. Sic habet quaedam exempla et Lépesius de alio verborum genere, *Minek elötte vég nélkül kinlodtassam: Ingyen ne lássa is ez vilagot, hogy sem örökke pokolban gyötrödtessék* (De Inferno pag. 336, 361.): Antequam sine fine cruciar; Ne videat quidem hanc lucem, quam vt in inferno aeternum affligatur. Ipsa verba primitiua, *igazúl, vakúl, rémül, ditsőül, tsonkúl,* iam passiua sunt significatione, iustificatur;

excoecatur, consternatur, glorificatur, mutilatur: ita et altera *kinlódik*, *gyötrödik*, cruciatur, affligitur. Hoc tamen discriminis intercedit: quod haec, in prima ista forma, sponte sua, per se, id subire intelligantur, quod denotant; non vero agente vi aliqua externa. Vt ergo et haec accessisse indicaretur, adiecta est iis formatio passiua: *igazúl-tat-ik*, *vakúl-tat-ik*, *rémül-tet-ik*, *ditsöül-tet-ik*, *tsonkúl-tat-ik*; deinde *kínlód-tat-ik*, *gyötröd-tet-ik*.

§. 141.

Ea quidem monumenta nostra, ad quae prouoco, vltro fateor, quatuor seculis vix altius repeti posse. Cur tamen hanc ipsam passiuam formationem ab vltima antiquitate repetendam existimem; maioresque nostros, ex ipsa certe Asia, et ex primis adeo incunabulis, eam secum attulisse fidentius asseram: magnopere adducor eiusdem omnino vsu apud Fennos hodieque vigente. Horum lingua, nostrae cognata, communem aliquam matrem, aut certe auiam, vltro indicat. Ab hac origine, cum sunt multa alia ad vtrosque deducta, tum vero et ista formandi ratio; eo vno a nostra differens: quod, proprium, ac primum formatiuum *et*, quod supra explanaui, apud illos non variatum idem adhuc supersit, etiam personarum formatione primaeua. Etsi nexum remotissimae antiquitatis expedire non valeam: hunc tamen intercessisse aliquem cum Chaldaeis admodum credibilis est coniectura.

Chaldaei, quas tres habent coniugationes actiuas, singulas passiuas reddunt adiecto אִת *(ith)* praeformatiuo: פְּקַד *(pekad)*, inspexit; אִתְפְּקֵד *(ithpeked)*, inspectus est, etc. Hoc אִת *(ith)* in Syrorum labiis vocalem mutauit: quorum aeque tres coniugationes actiuae, assumto אֶת *(eth)* praeformatiuo, singulae pariter passiuae fiunt: פְּקַד *(pekad)*, inspexit; אֶתְפְּקֵד *(ethpeked)*, inspectus est, etc. Hac certe mutatione, *it* primigenium, et nostris, et Fennorum originibus vsurpatum, abiit in *et*, atque ad posteros vsque descendit. Iamque id in Fennicis videamus exemplis. *Håikyt-ån*, sedo; *håikyt-et-ån*, sedor. Cuius radix *håik*, prona literae *j* in *l* mutatione, conuenire mihi videtur cum nostro *halk*, tacitus, lentus, quod illis est, vicina certe significatione, *sedatus*. Vnde verbum actiuum, olim et nobis *halk-ít-én*, hodie *halk-ít-om*, tacitum, lentum, sedatum facio, hoc est, sedo; idem postea passiuum, primaeua formatione *halk-ít-et-én*, hodierna *halk-ít-tat-om*, sedor. Sic porro *heit-an*, iacio, cum nostro *haít-én*, *haít-om*, idem significante, iam clare conueniens, dat illis passiuum *heit-et-an*, iacior; olim et nobis *haít-et-én*, hodie *haít-tat-om*. Luculentius est isto *köyt-ån*, ligo; nobis *köt-én*, *köt-öm*, aeque ligo: de quo illorum passiuum *köyt-et-ån*, ligor; nostrum *köt-et-én*, *köt-et-em*. Parem prae se fert claritatem *rak-et-an*, struor; nobis *rak-et-én*, *rak-at-om*, vna communi radice *rak*, struit: deinde *täyt-et-än*,

impleor; nobis *tölt-et-én*, *tölt-et-em*; hic quoque litera *j*, per *y* expressa, in *l* abeunte; a radice *tájt*, *tölt*, implet. Sic sunt et alia innumera. Rem itaque tanta antiquitate probatam, orientalem, vereque domesticam, et vsus latissimi; qui nempe non apud nos modo, sed apud Fennos etiam, hodieque sic viget; Grammatici quidam, modo nati, egregii linguae restitutores, non verentur, tanquam peregrinam, impugnatum, et conuulsum ire! Mandatiuorum eadem scilicet formatio hoc suadet ad vitandam ambiguitatem. Atqui eadem est et Fennis. Nam, vt hoc vnum producam exemplum, ex *men-en*, eo, vado, quod nos *menek* dicimus, formant et illi *men-et-en*, mitto, ire, vadere facio; sic prorsus et nos, *men-et-em*. Retinent tamen illi eandem vtrorumque formationem; et norunt ex sensu differentiam capere: quin sint vnquam a quopiam Perefzlényio commoniti. Sed habent tamen, praesertim in actiuis, differentiam: verum quam illi, non in destructa, sed roborata potius formatione ponunt. De hac alibi ago fusius, in Elaboratiore Grammatica mea.

§. 142.

Iam vero videamus, qualia sint, quae passiua nobis obtrudunt verba moris vetusti abolitores. Duo isti constituunt horum genera. Primum, sed quod vel ipsi vltro sentiunt rarius adhiberi posse, est verborum in *úl*, et *ül*, desinen-

tium. Huiusmodi verbo aiunt illi corrigendum esse in Symbolo Apostolorum, *crucifixus est*, *meg feszüle*, quod vulgo sic dicimus, *megfeszítteték*. In Precum Libro MS. equidem non inficior, hoc ita expressum esse, **meg feszóle**: sed vnicum scio in omni antiquitate, quam ego perscrutari potui, huius vsus exemplum. Quod sequi propterea etiam abhorreo: quia in eadem vetusta Symboli translatione reliqua passiua nostro more hodierno expressa lego: **fogattatek**, *conceptus est*; **zwéletek**, *natus est*; **kenzatek**, *cruciatus est*, pro *passus est*; **temettetek**, *sepultus est*. Procul dubio haec formam illam non recipiunt. Talia enim vix aliqua a verbis, sed pleraque a nominibus formantur: suntque, vt ego reor, potius inchoatiua, *sárgúl*, flauescit, *feketül*, nigrescit; vel, si passiue etiam reddantur, sed aptius tamen per verbum fio, *igazúl*, iustificatur, iustus fit, *vakúl*, occoecatur, coecus fit; quam significationem passiuam habere videntur, eam non proprie passiuam habent, a vi aliqua externa agente; verum sua potius sponte fieri mutationem indicant in significationem nominum, hac formatione in verba abeuntium; magisque in neutralia inclinant. De quo genere egi iam supra (§. 140.): quomodo et hoc passiuam assumat formationem, ad indicandam agentem vim externam.

§. 143.

Alterum genus est verborum, quae de verbis fiunt potissimum actiuis, etiam de neutris

quibusdam, assumta *ód*, et *öd*, formatiuo, cum affixis personalibus voci passiuae propriis: ex. gr. *fojt-ód-ik*, suffocatur; *emel-öd-ik*, leuatur; a verbis actiuis *fojt*, *emel*, suffocat, leuat: deinde *teng-öd-ik*, tenuiter victitat, a neutro *teng*, eodem fere valore. De actiuis nata, etsi quodammodo passiua esse videantur, et Latine quidem pleraque passiuis quoque reddantur verbis: genuine tamen sumta, reciproca sunt potius, vel reflexa, et proprio nisu interno, per se, vi sua, non autem externa, peragi intelligitur eorum significatio: suffocatur nisu proprio, per se, vi sua; leuatur nisu proprio, per se, vi sua. Ista vis accedit et neutris: *teng-öd-ik*, nisu suo tenuiter vectitat. Atque hanc omnino vim intimam penetrant nonnulli; et argutatione subtili abeunt in deteriora. Nam vt verbis huiusmodi vis etiam externa addita intelligeretur; mandatiui formatiuum sumunt in subsidium; *fojt-at-ód-ik*, *emel-tet-öd-ik*, *fog-at-ód-ik*, *ver-et-öd-ik*, etc. Verborum formationes certe monstrosae! Has etenim nulla vnquam nouit aetas superior, in formationum legibus, multo sane melior, atque vnica magistra tutissima. Sed etiamsi vltro concedamus, subsistere posse huiusmodi formationes spurias; vis tamen in se ipsam agens, nisus ille proprius, neque hoc pacto tollitur. Nam *fojt-at-öd-ik*, *emel-tet-öd-ik*, *fog-at-ód-ik*, *ver-et-öd-ik*, etc. genuine reddita, et sic eandem habent adhuc significationem; nisi quod aucta sint, etiam efficiendi, seu

curandi notionè; et quidem ea quoque passiuè exprimenda, propter affixa personalia passiua: efficitur, curatur suffocandum aliquid nisu proprio, per se, vi sua, sic et leuandum, et capiendum, et verberandum, seu cudendum. Atque haec nemo non videt pro passiuis, quam ea vulgo vim habere debent, ita vsurpari minime posse.

§. 144.

Ea tamen iam est quam plurimorum intemperantia: vt haec, tanquam genuina, et optima, repudiatis sinceris formationibus, fere sola adhibeant. In hoc foetu barbaro foede peccatur praeterea etiam forma non huius generis formationi conueniente: oportune sane, vt male natum hoc monstrum tanto esset deformius; ad dedecus aetatis nostrae, de lingua quidem patria nimium etiam sollicitatae; sed non satis cautae, neque antiquitatum satis gnarae. Sic ista scribuntur: *fojtatóda*, *emelöde*; *fojtatódjon*, *emelödjön*; *fojtatódna*, *emelödne*!!! Horum vera forma est passiua, et in formatione quidem genuina, ac domestica; sed illa, quam supra exposui, significatione: *fojtódék*, *emelödék*; *fojtódjék*, *emelödjék*; *fojtódnék*, *emelödnék* (§. 86. et sequ.). Progenerant infaustae hae species iam et sobolem nefandam, substantiua actionis; *fojtatódás*, *emeltetödés*, etc. Dii Superi, Hungaris propitii, prohibete, precor, haec verborum portenta! Sed de his, hoc quidem loco, iam satis superque disceptatum est.

HOTOLM.

§. 145.

Hotolm nostro more legi debet *hatalom*, potestas, potentia, vtroque *o* in *a* breue mutato, et *lm* affixi formati literis, interiecta subsidiaria vocali congrua *o*, separatis. Verum insolens est hodie haec vocis terminatio, *hatalm*; quam tamen olim nimium viguisse probant, tam manuscripta, quam libri quoque typis expressi. Literae *lm* sunt affixa formatiua substantiuorum, maximam partem a verbis deriuatorum. Connectens congrua vocalis, quam exposcunt, est *a*, vel *e*, breue; et ipsae, dum separantur, interiecta, vt hodie fit, subsidiaria vocali, eam recipiunt aeque congruentem, *o*, vel *e*. Hae tamen posteriores et hodie expunguntur: vtprimum huiusmodi substantiua affixis formatiuis increscunt, a vocali inchoantibus; reditque illico vetus recti casus terminatio. *Hatalom*, potestas; *hatalm-at*, potestatem; *hatalm-ak*, potestates; *hatalm-as*, potestate praeditus, potens: non *hatalomat*, *hatalomak*, *hatalomos*. Sic prorsus in vocibus mollium vocalium. *Félelem*, metus; *félelm-et*, metum; *félelm-ek*, metus; *félelm-es*, metuendus: non *félelemet*, *félelemek*, *félelemes*. Tale increscens nomen huius terminationis est et in hoc manuscripto *nugulmabele*, quod legi *nyugalmabele*, in requiem eius. In casu recto, more antiquo *nyugalm*, hodierno autem *nyugalom*. Grammati-

ci plerique in his, et similibus, metathesim dicunt fieri, transpositionem nempe vocalium, eamque saepe cum mutatione eiusdem vocalis in aliam, sui tamen ordinis. Sed metathesim in his rem esse confictam ostendit vetus terminatio, a qua formationes tales, additis tantum affixis, vltro fluebant. Has plerasque retinuimus, non item casum rectum, formationum principium. Durior nempe in hoc nobis videbatur pronunciatio: ad eam itaque faciliorem reddendam congrua vocalis subsidiaria interiecta est. Cuius facti nos posteriores cum essemus ignari; haberemusque et hodie casum rectum pro formationum principio; hunc ipsum casum nostrum, facilioris pronunciationis caussa vocali subsidiaria auctum, cum accusatiuo, aliisque formationibus similibus, veterum more a recto vtique casu deductis, combinare nesciuimus. Rem itaque debuit metathesis, in auxilium vocata, enodare.

§. 146.

Veterum exempla, vt iam supra indicaui, pro hac terminatione sunt innumera. Codex MS. Transl. Bibl. similibus est refertissimus. De plurimis pauca quaedam exhibebo. *Érzelm*, sensus; hodie *érzelem* (Iudith. XIV. 14.). *Fegyelm*, disciplina, correptio; nunc *fegyelem* (Baruch. III. 20.). Ipsa etiam manuscripti nostri vox, et *hatalm*, potestas (Esther IX. 13.), et *nyugalm*, quies (Dan. XII. 13.). In horum numero singulare

lare vocabulum, *tartalm*, nostro more *tartalom*, saepe recurrit, summa, argumentum, contentum, ex. gr. epistolae, vel libri cuiuspiam. *E' volt a' levélnek tartalma:* Summa epistolae haec fuit (Esther III. 4. et alibi satis frequenter.). Quo reuocato et nos vti quid prohibet? Nam *foglalat*, quam vocem hoc significatu quidam vsurpare coeperunt, Magna Grammatica Debretzinensis non sine causa reiicit. *Foglalás* enim, substantiuum actionis, cum sit propria significatione *occupatio*, deinde etiam *iunctio*; substantiuum abstractum *foglalat* erit *occupatum*, *iunctura*; certe non aptum, ad summam, ad argumentum, ad contentum epistolae, vel libri cuiuspiam, indicandum. Sed haec per occasionem. Similia substantiua, quae adducere coepimus, obuia sunt in Vita quoque Sanctae Margarethae Virginis, a RR. Domino Georgio Pray iam dudum edita: in Codicibus MSS. nondum editis, in Vita S. Pauli, S. Alexii, S. Christinae; in Precum Libro; in Sacris Sermonibus de B. V. Maria.

SEGÉD.

§. 147.

Vocabulum *segéd*, cum etiam in Párizpápaio reperiatur, non est adeo exoletum: vt pro eo *segedelem* legi debuerit a Faludio. *Segéd*, et *segedelem* idem valent, iuuamen, auxilium, adiutorium, et auxiliatorem, adiutoremque ipsum;

quemadmodum et *fő*, proprie caput, et *fejedelem*, vtrumque pro principe sumtum. Bene itaque monet Magna Grammatica Debretzinensis, vtique ex analogia: *úr*, et *uradalom*, aeque eadem esse, et *dominum* tantum valere. *Uradalom* itaque pro *uraság*, pro *dominio* nempe, non posse subsistere, nisi *uradalomság* dicamus; quemadmodum a voce *fejedelem*, princeps, principatum *fejedelemség* dicimus. Vocis *segéd* vsus apud Scriptores, non modo vetustos, sed etiam recentiores, frequens est: vt proinde eam elabi sinere socordia sit nostrorum, vel proximos Scriptores inspicere negligentium. Ex vetustis occurrit apud Siluestrum: Koszonnetek az Priskanak, es az Aquilanak, kik ennekem az Christusban segidim (Ad Rom. XVI. 3.): Salutate Priscam, et Aquilam, adiutores meos in Christo. Item apud Tinodium: *Olah Mikos cancellarius neue, Ki magyarnac Kiral utan segede* (b. 4.); Olah Nicolaus Cancellarii nomen, qui est Hungaro post Regem adiutor. Ex recentioribus vero apud Medgyesium: *A' Pásztorok mellé segédül adattak*, (pag. 40.): Pastoribus adiuncti sunt pro adiutorio. *Segédeket kívántak magok mellé* (pag. 69.): Adiutores desiderarunt sibi adiungi. *Az ő környűlettek valo több segédek tisztekben híven jártanak* (p. 153.): Circa ipsos reliqui adiutores munera sua fideliter obeant. Item apud Gyöngyösium in Charielia emendata: *A' te segéddel mint vette kezében az ifju a' tüzet* (Part. IX.):

Tuo iuuamine quomodo acceperit in manum iuuenis ignem. *Tölünk most is segédet kér* (In Venere Murányia Part. I.): A nobis nunc quoque auxilium petit.

M I A.

§. 148.

Apud vulgum et hodie viget hoc *mia*, sine *t* finali, pro *miatt*, vt cultiores plerique pronunciant, et scribunt constanter. *Miatt* nunc significatum habet praepositionum *ob*, *propter*: olim, vt et hoc loco obseruare licet, valuit *per*, cui hodie respondet nostrum *által*. Codex MS. Transl. Bibl. saepius ita sumtum exhibet: **Mek mi nekönk adatot Moyses miat** (II. Machab. VII. 30.): Quae nobis data est per Moisem, lex nempe, a' törueń. Etiam in Precum Libro MS. hoc sensu recurrit perpetuo. **Mÿ wronk iesusnak hatalmanak miatta. Marianak zyzesegenek myatta. Az tövis coronanak myatta. Az rettenetes ytelétnek napyanak myatta.** Per Domini nostri Iesu potentiam. Per Mariae virginitatem. Per spineam coronam. Per tremendi iudicii diem. Tinodius sumit promiscue, iam cum *t*, iam sine *t* litera. Sine *t* vel in vnica pagina (T. 2.) ter habet. *Kije mija hullanac ö tar feiökuel:* Per quos ruebant cum caluis capitibus suis. *De Zoltay kő mya sebesődéc:* Sed Zsoltaius per lapidem vulneratus est. *Lőwes mija sebben esett Kelibus:*

Per iaculationem in vulnus incidit. Velibecus. *Mia* in Vita MS. Sancti Pauli Primi Eremitae recurrit cum affixo etiam pronomine tertiae pluralis personae: Cÿprÿnus monoya, kÿ ꝗ myayok kinzatot: Cyprianus refert, qui per eos cruciatus est. *Miájok*, per eos; hodie *miattok*, propter eos. Et, si *miajok* viguit, certe et reliqua in vsu erant, *miátok*, *miánk*, *miája*, *miád*, *miám*.

ZOBODUCHA.

§. 149.

Hoc manuscripti nostri verbum *zoboducha* lego *szabadótsa*, non modo secundum obseruationes hucusque factas, verum etiam auctoritate veterum, quod *o* vocalem spectat. In Codice MS. Transl. Bibl. recurrit saepe et ipsum hoc verbum, et alia huic similia, durarum vocalium; modo cum solo *o*; modo adhaerente etiam *i* vocali. Mvnket keged zabadoch meg te kezedben (Esther XIV. 14.): Nos autem libera manu tua. Ha zerzendez mvnket megzabadoitanod (Ibid. XIII. 9.): Si decreueris nos saluare. Senki meg ne zomorohon tegedet (Ruth II. 9.): Nemo molestus sit tibi. Fordohad mv siralmonkat ꝗromre (Esther XIII. 17.): Conuerte luctum nostrum in gaudium. Sunt talium plena veterum manuscripta omnia. Ex Precum Libro MS. adduco exemplum pro nostro tantum verbo: Zabadoch meg engemeth [illegible] [illegible] Salua me mi-

serum peccatorem. Ita sumit verba huiusmodi etiam Komjáthius, vt ceteros praeteream. *Hogy ydes fiat tanoytanam, az kereſthyen hytbe gyarapoytanam* (In Dedicat.): Vt dulcem filium eius docerem, et in Christiana fide solidarem. Idem ó transiit saepe in é acutum, retenta frequenter et i vocali, non raro ea neglecta. Habe et horum exemla quaepiam ex eodem Codice MS. Transl. Bibl. Vilagoſeha meg mi zemeinket (Baruch I. 12.) Illuminet oculos nostros. Forduitaſſec el te haragod mi toloונc (Baruch II. 13.): Auertatur ira tua a nobis. Megſokaſeitom őket (Ibid. 34.): Multiplicabo eos. Verba vero vocalium mollium, non raro solum quidem é, saepissime vero ipsum hoc é eodem i auctum habuerunt. Videamus et horum exempla rursum ex eodem Codice MS. Transl. Bibl. Ekeſeitic ő isteneket; Ugan erőſeitic meg a papoc az aitoikat (Baruch VI. 10, 17.): Ornant Deos suos; Ita tutantur sacerdotes ostia. Serius vtriusque ordinis verba (et durarum, et mollium vocalium) a quibusdam ó acuto, ab aliis í pariter acuto, iam constanter scribebantur. Vtra scribendi ratio praeferenda sit, vltro patescet: si verborum similium formationem etymologice euoluerimus.

§. 150.

Verba huiusmodi pleraque ab adiectiuis, quaedam etiam a substantiuis, formari in aperto est. Et ipsam etiam formandi rationem, prisca

illa; et rudior eorundem forma, quam paulo ante vidimus, vltro quidem, et quam clarissime ob oculos ponit. Accessit nempe adiectiuis verbum *it*, quod supra (§. 141.) iam satis euolui; significatione omnino propria, *facit*; et compositionis modo, quem in construendo hodieque habet cognatum illi verbum *teszen*. Auxit nimirum ea affixo mutatiuo *vá*, ipsius vocali congruenter in mollem quoque mutata, *vé*; non eo quidem integro, sed *v* consona neglecta, prout et hoc olim in vsu fuisse alibi iam satis ostendi (§. 47.). Itaque de adiectiuo *szabad*, liber, natum est hoc pacto verbum *szabad-á-it*, liberum facit, liberat. *Boldog*, beatus, dedit *boldog-á-it*, beatum facit, beat. *Eleven*, viuus; *eleven-é-it*, viuum facit, viuificat. *Erös*, fortis, robustus; *erös-é-it*, fortem, robustum facit, roborat. Et horum quidem verborum, sic formatorum, reuera ea est etiam significatio: quam dat eorundem adiectiuorum constructio hodierna cum verbo *teszen*, facit; assumtis, vt idem verbum poscit, affixis mutatiuis integris; nisi quod consonam euphoniae ratio adiectiuorum consonis accommodet: *szabad-dá teszi*, *boldog-gá teszi*, *eleven-né teszi*, *erös-sé teszi*.

§. 151.

Quod autem in verbis durarum vocalium affixi mutatiui *á* vocalis in *ó* mutata recurrat apud antiquos; vltro patet, factum hoc esse ex ni-

mia oris rotundi consuetudine: qui *a* etiam breue tono obtuso, prope vt *o*, pronunciare amarint; proinde et pro longo *á* longum *ó* facilius expresserint. Et certe in voce *szabad*, veterum more obtuse expressa *szobod*, procliuius est in deriuato eius verbo *ó* longum, quam *á*, pronunciare; habetque *szobodóit*, leniorem, et oris rotundi pronunciatum: alterum vero, ex decursu facili, dum repente os magis hiare cogit, fere violente desinit, *szobodáit*. Probatur hoc et huius manuscripti vsu olim latius fuisse extensum ad alias quoque similes formationes. *Hallaua*, quod legi *halláva*, quia primum *a* et veterum vsu purum habuit, ore itaque magis aperto pronunciatum, transitum ad sequens *á* longum eadem oris apertura dedit faciliorem. Sed eadem formatio imperfecti in verbo *mund*, recta lectione *mond*, quia hic *o* vocalis est oris rotundi, transitum iam proniorem habuit ad *ó* longum, eodem ore rotundo, *mondóa*, pro *mondóva*, *mondója*, quam ad *á* longum, quod vtique huius loci esset, *mondája*. Sunt vero et hodie apud vulgum exempla: in quibus *a*, si producendum sit, in *ó* longum mutatur potius, quam vt idem *á* acuatur. Adeo nempe molestus est maior oris hiatus. Consona *l* ante aliam consonam si ex voce omittatur; vocalis, consonam antecedens, in omissae huius literae compensationem acui solet: ex. gr. *boldog*, beatus; *old*, soluit; omisso *l* dicitur *bódog*, *ód*. Pariter fieri deberet in *alma*,

malum, et *szalma*, stramen, expuncta *l* consona, *áma*, *száma*; et facit quidem hoc vulgus, sed in his pro *á* longo *ó* longum potius pronunciat, *óma*, *szóma*. Longam vocalem *á* in *ó* itidem longam mutari iam docui supra (§. 5ᴓ.) etiam in vtriusque imperfecti prima plurali persona durarum vocalium. Secundum rudem formationem primam esse deberet, *írná-j-uk*, *írá-j-uk*, studium tamen euphoniae vitandum suasit maiorem oris hiatum, *írnó-j-ok*, *író-j-ok*.

§. 152.

Atque his explanata est vsus antiqui ratio. Iam videamus vsum posteriorem: qui pro *szabadáit*, et similibus, potius *szabadét*, et alia, introduxit. Haec vero eadem ratione inualuerunt per syncopen, duabus vocalibus in vnam medii soni, eamque productam, coalescentibus: qua personarum quarundam formationes suum *é* acutum, aeque per syncopen, obtinuerunt. Satis clare docui supra (§. 87.), tertiam singularem personam vtriusque imperfecti in forma passiua, per syncopen, ex duabus *á* et *i* vocalibus, in vnam coalescentibus, mediam *é* acutam accipere: *dolgozá-ik*, *dolgozná-ik*, vt rudi formatione prima exhibetur, deinde syncopata, *dolgozék*, *dolgoznék*. Et, quia hanc durae vocalis mutationem vsus probat: tanto pronior iam est in vnam his mollium vocalium eiusdem *é* acuti ortus. Qui proinde verba huiusmodi, *szabadét*, *boldogít*

elevenét, *erősét*, nostro more iam contracta, item que ipso vltima vocali producta, duabus vt pote in vnam coalescentibus, malunt per *é* acutum enunciare, et scribere; quia formationum leges spectant, et in his, et in aliis casibus analogiae mihi quidem rectius agere videntur. Confirmant tum isti et veterum Scriptorum copiosa auctoritate. Habent tamen et illi, quo se defendant; qui *í* aeque acuto vtuntur; vsum nempe et huius frequentissimum: quod idem *í*, more prisco in huiusmodi verbis diu retentum, *ſzabadéit*, *boldogéit*, *elevenéit*, *erőséit*, eadem contractio, prioris vocalis elisione, serius pariter acuerit; *ſzabadít*, *boldogít*, *elevenít*, *erősít*. Deinde fauet his etiam transitus eiusdem acuti *é* in *í* admodum procliuis, et valde familiaris; vt omnis fere aeui multa docent exempla. Quo pacto de ipsis *ſzabadét*, *boldogét*, *elevenét*, *erősét*, et ceteris, vel primo modo contractis, vltro, ac facile inualuerit et altera pronunciatio, *ſzabadít*, *boldogít*, *elevenít*, *erősít*, etc.

§. 153.

Recentiores quidam Scriptores nostri, forsitan et veterum, cumprimis Valentini Lépesii, exemplis adducti, verba huiusmodi, affixis praesertim personalibus increscentia, duplici *t* consona, putant, contenduntque scribi oportere; *ſzabadíttom*, *boldogíttom*, *elevenítti*, *erősítti*. Fortius aiunt in his, praesertim auctis, sonare

hoc *t*. Si auribus ita sunt delicatis: cuperem equidem, praeter consuetudinem, ad quam prouocant, aliquam mihi fortioris huius soni rationem saltem probabilem explanari. Nam et consuetudines ipsae pleraeque rationi cuipiam innituntur. In *it* verbo primigenio, quod supra euolui, *t* quidem simplex est, et simpliciter sonat: quomodo ergo in compositione geminatur? Vltro suppedito parti aduersae euolutionem, mea quidem opinione, verisimillimam. In verbis nempe vsus vetustioris, *szabadéit*, *boldogéit*, *elevenéit*, *erőséit*, pronissimum erat: primum formatiui *it* vocalem *i*, vulgi pronunciatione, in *j* consonam abiisse, *szabadéjt*, *boldogéjt*, *elevenéjt*, *erőséjt*; deinde et affixi mutatiui vocalem *é*, soni vicinitate, migrasse in *i*, *szabadijt*, *boldogijt*, *elevenjt*, *erősijt*. Quod primum dixi, valde confirmatur verbis quibusdam; quae mihi quidem, huius ipsius *it* auxilio, formata esse clare videntur, de nominibus monosyllabis, linguae adhuc primigeniae, et simplicissimae. In hac *nyú* fuit certe *protensio*, *porrectio*; *gyü* autem *conuentus*, *congregatio*, *concio*. Haec ego reperio, cum primis seminibus, et Hebraicis, et Arabicis, eadem certe significatione, mire congruere. Sunt nobis de his verba, assumto *l* formatiuo, valore intransitiua, seu neutra: *nyú-l*, protenditur, porrigitur: *gyü-l*, conuenit, congregatur. De iisdem facta sunt etiam transitiua, seu actiua, accepto, quod vltro patet, solo *it* formatiuo vetu-

sto, sine affixo mutatiuo, quod tantum adiectiuis adhaesit, non item substantiuis: *nyú-it*, protensionem facit, protendit; *gyü-it*, congregationem facit, congregat. Sed in his vsus vocalem *i* iam dudum in *j* consonam mutauit, hodieque retinet, *nyújt*, *gyüjt*. Idem ergo fecit et in superioribus; quod quidem et exemplis veterum abunde probari potest. Certe Siluester, hunc vsum secutus, in similibus iam semper expresse distinctam adhibuit *j* consonam. Az istennek kedve mindönöknek tanijt; hogy meg tisztijtana ö magának az ö tulajdon nipit (Ad Titum III.): Dei gratia nos erudit; vt mundaret sibi proprium populum suum. Meg enihijcze az ö nelüit (I. Petr. III.): Refraenet linguam suam. Fuit igitur in his, duarum consonantium in fine concursu, sonus fortior: *szabadijt*, *boldogijt*, *elevenijt*, *erösijt*. Hunc sonum, in fine fortiorem, retinere videtur idem vsus, ad quem prouocatur, hoc *j* radicali, de *i* nato, postea in vicinum *t* abeunte, facilioris certe pronunciationis gratia: *szabadítt*, *boldogítt*, *elevenítt*, *erösítt*. Adeo sum liberalis; vt hanc explicandi rationem, quae mihi in mentem venit, vltro communicem: etsi ipse in similibus malim simplici vti consona t; quod mihi, siue *é*, siue *i* vocalis, ex duabus in vnam coalescens, eoque etiam pacto producta, abunde sufficiat; formatiui consonae *t* nullo modo affecta.

§. 154.

Plus momenti habet similium verborum imperatiuus; qui apud vulgum, in quibusdam Hungariae partibus, hodieque auditur: *szabadíjj*, *szabadíjjad*; *boldogíjj*, *boldogíjjad*; imo *jj* consonis, ob earum lenitatem, etiam occultatis: *szabadí*, *szabadíad*; *boldogí*, *boldogíad*. Hunc pari potissima, et vulgo paulo cultior, effert quidem imperatiui formatiua, *j* consona, ad integras radices adiecta; sed ipsa tamen, propter consonae *t* vicinitatem, expressumque imperandi energia halitum olim vehementiorem, iam dudum in sibilum abeunte: *szabadít-s*, *boldogít-s*; ex rudi primigenia formatione, *szabadít-jh*, *boldogít-jh*. Nam antiquitus quoque viguit hoc sono similium imperatiuus; sibilo crasso, ex distinctis literis duabus enato: quem veteres, vti et praesens monumentum nostrum, per combinatas *ch* literas expresserunt, *zoboducha*, nostra lectione, *szabadótsa*. Sed fuit in vsu, eoque, vt mihi videtur, valde promiscuo, et alter ille hodie nostri vulgi tantum imperatiuus. Hunc quidem probant vestigia satis manifesta. Recurrit enim saepissime sola *h* litera expressus: quem sibilo crasso non esse efferendum vltro patet; quod sibilus crassus vbi iste in aliis vocibus sonare debet, in iisdem monumentis expresse scribitur combinatis *ch* vel *cz* literis. Et sola ista *h* litera, in his tantum imperatiuis tam saepe recurrens, lenioris certe vicaria est: de cuius indole orientali, et

mutua substitutione, satis superque egi iam alibi (§. 49. et seqq. deinde 67.). Exempla vidimus paullo ante, et ex Codice MS. Transl. Bibl. et ex Precum Libro aeque MS. Senki meg ne zomorohon. Fordohad siralmonkat oromre. Vilagcha meg zemeinket. Zabadoh meg engemeth. Iungo his vnum alterumque exemplum et mollium vocalium. Magokat kezehec a' meg mondot napra (Esther III. 14.): Pararent se ad praedictam diem. A' bort elegehed (Dan. XIV. 10.): Vinum misce. Sic sunt horum et alia quam plurima in iisdem monumentis; sic item in aliis, quae breuitatis caussa praetereo. Haec, *h* litera ob lenitatem neglecta, et vocalibus *ó*, atque *é*, hodie iam in *í* mutatis, vulgus ille noster sic effert: *senki meg ne ſzomoríon; fordíad siralmunkat örömre; világía meg ſzemeinket; ſzabadí meg engemet; magokat késziék; a' bort elegyíed:* vero autem imperatiui formatiuo *j* clarius expresso, eoque, ex lege quidem etymologiae, quam mox dabo, geminato, sic sunt pronuncianda: *ſzomoríjjon, fordíjjad, világíjja, ſzabadíjj meg; késztjjék, elegyíjjed.* Radicibus nempe, sic olim dominantibus, vt eae *it* formatiui vocalem *i* in *j* mutatam sonarent, *ſzomoríjt, készíjt*, etc. accessit his ad formandum imperatiuum huius formatiuum proprium *j*; vehementiorque eius energia, radicali *j* coniuncta; intermedium t, licet aeque radicale, suauioris soni gratia expunxit. Sic nati sunt imperatiui, *ſzomoríjj, készíjj*, etc. qui da-

riores fuissent retento *t* radicali, *szomorijt-j*, *késziljt-j* etc. Similis est et hodie imperatiui formatio in verbis, eadem *t* consona terminatis, sed praeeunte *sz* consona acute sibilante: *választ*, eligit; *ereszt*, mittit. His pariter accedit *j* litera, imperatiui formatiua propria; sed ipsam quoque imperandi energia sibilanti proximae *sz* consonae radicali adsibilantem reddit; ambarumque vi *t* intermedium, ob suauiorem certe pronunciatum, eliditur, *válasz-sz*, *eresz-sz*: cum secus duriores essent formationes retento *t* radicali, *választ.sz*, *ereszt-sz*.

MUNHI.

§. 155.

Hoc *munhi* ex constructionis sensu vltro intelligitur, non posse aliud esse, quam adiectiuum *coeleste*. Coelum nobis *meny* est. Sed hic *u* est scriptum expresse, quod obseruationes saepe factae ostendunt *ö* valere, vocalem ore rotundo loquentium. Quare *meny* horum more legi *möny*. Suasit lectionem et Lapponum vocabulum *muenje*, aeque coelum significans; orthographiae reductione certe *mönye*; postrema vocali absorpta; vt et ipsi absorbere dicuntur plerique; *möny*, nostris maioribus hoc pacto, etiam vocalis sono, cum illis commune. Vocalis *i* in fine adiecta, *munhi*, est formatiua adiectiui; quod proinde legendum est *mönyi*, coeleste; ea prorsus ratione; qua et hodie formantur cetera huiusmodi ad-

iectina, sola *i* vocali assumta: ex. gr. *Isten*, Deus, *isteni*, diuinus; *kert*, hortus, *kerti*, hortensis; *part*, litus, ripa, *parti*, litoralis, riparius. Occurrit *menyi* adiectiuum, ad hanc formationis regulam exactum, etiam in Codice MS. Transl. Bibl. Ki hoztad te nepedet földi ielensegekben, z mennyi ielensegekben (Baruch II. 11.): Eduxisti populum tuum in signis terrestribus, et in prodigiis coelestibus. Et hoc non quidem more nostro, qui coeleste hodie *mennyei* dicimus, *e* vocali ante *i*, adiectiui formatiuum, interiecta. Fuerit olim in vsu vterque nominatiuus, *mōny*, et *mönye*; viguerit que formatum ab vtroque adiectiuum, *mönyi*, et *mönyei*: sed hoc alterum postea inualuerit solum, etiam propterea; ne primum *mennyi*, *ö* vocali in *e* mutata, consona quoque *ny* dageschata, cum *mennyi*, quod *quantum* valet, confunderetur; praesertim, quando et hoc *é* vocalem suam acutam, *mennyé*, vt olim diu in vsu fuit, iam in *i* mutauit, *mennyi*.

URUZAGBELE.

§. 156.

Vocabulum *uruzagbele* legi *oroszágbele*, in regnum; de quo, postpositione *bele* resecta, reliquum est *orosżág*, regnum. In quo alteram vocalem *o* esse connectentem congruam patet ex vsu hodierno. Nos enim regnum *orszàg* dicimus. Duo sunt tantum hodie apud nos, quae ego sciam,

nomina; in quibus formatiui *ség* soni asperi consona *s* in acutum *ſz* mutatur: praesens hoc *orſzag*, regnum; et *jóſzág*, hodie substantia, opes, bona, praedium nempe, et possessio. Quod primum spectat, *orſzág* nostrum ortum esse de radice *or*, nobis olim cum Lapponibus communi, licet dudum iam exoleta, non vana est opinio. Detegit nobis hanc radicem obseruatio a Sajnovitsio relata §. VIII. circa finem: vbi memorat, quo successu connotationes suas Lapponicas, et ipse relegerit, et aliis inspiciendas praebuerit. „ Alius, inquit, aduertit a Lapponibus *locum habitationis* vocari *or*, verbum autem *orom* ipsis „ significare *habito:* et in suspicionem venit, in- „ de nostrum *orſzág*, quod regionem significat, „ deriuari." Puto autem in hoc *orſzág* affixi formatiui *ség* soni asperi consonam *s* in acutum *ſz* a maioribus nostris mutatam fuisse propterea: vt differret ab *orság*, quod furtum significat; et quo veteres frequentius vsos fuisse probant manuscripta vetustiora. Nam recurrit certe in Codice MS. Transl. Bibl. **Gilkoſſag, z orſag boᵹolkᵹttenec** (Osee IV. 2.): Homicidium, et furtum inundauerunt. Deinde inter Dicta MSS. Sancti Bernardi: **Idegen marhanak elvetele, az marha vra akaratya nelkwl orſag az:** Rei alienae ablatio, absque domini voluntate, furtum est.

§. 157.

Iam quod ad *jóſzág* attinet, hoc olim communem habuit significatum cum *jóság*, bonitas.

Certe

Certe adiectiuum ex vtroque formatum, et solitarium, et coniunctum, cum substantiuo praesertim *tselekedet*, et *mûvelkedet*, actus, opus, idem valuerunt: *jószágos*, vel *jóságos*, virtuosus; *jóságos*, vel *jószágos tselekedet*, *mûvelkedet*, virtus, bonum opus. Virtutem nempe, cuius vocabulum proprium non habemus, circumscriptione exprimimus: *jóságos tselekedet*, quasi actus plenus boni, actus boni abundans. Cum vero virtus in Latino translate sumitur; tum aliis vtimur vocibus: ex. gr. in virtute tua libera me; *a' te erödben szabadéts meg engem*: haec Latine reddita sic fere sonant: in tua vi, in robore tuo libera me. Exempla pro *jószág*, et *jószágos*, cum virtutis significatu, ex innumeris habe aliqua. In Codice MS. Transl. Bibl. leguntur sequentia: Mend e zerzes, nem belendeſſegbol, de iosagbol vogvala (Iudith X. 4.): Omnis ista compositio, non ex libidine, sed ex virtute pendebat. Iozagnac z erøſſegnec peldaiat haga (II. Machab. VI. 31.): Virtutis, et fortitudinis exemplum reliquit. Item in Precum Libro MS. Menden yozaghi negedeth megekeſøyth: Omnis virtus te exornat. In Sacris Sermonibus MSS. de B. V. Maria, saepissime recurrit *jószágos mûvelkedet*, pia bono opera; vt iam alios praetercam libros, etiam praelo expressos. Sed haec olim. Hodie *jóság*, *jóságos*, *jóságos tselekedet*, cum asperi sibilo consona *s*, destinata sunt, ad virtutem, et bona opera significanda. *Jóság*, vtut bonitatem

proprie valeat, tamen etiam virtutem indicat, cumprimis vero iunctum epithetis, ex. gr. *Isteni Jóságok:* Theologicae Virtutes. *Jóságos* semper virtuosus est. *Jóságos tselekedet*, virtus; *jóságos tselekedetek*, virtutes, etiam bona opera. *Jószág* autem, et *jószágos*, distinctum a priore acuti sibili consona *sz*, omnes hodie ad substantias, ad opes, ad bona referunt. *Tsekély az én jószágom*, tenuis est mea substantia. *Jószágos Nemes ember*; Possessionatus Nobilis. Cum est *jószág* pro *virtute* sumtum vsitatius: verbi substantiui tertia singularis persona antiqua, et propria, *vagy*, Lapponibus *woj*, Votjacis *vuj*, cum Hebraeis commune, vt alibi doceo, instar nominis acceptum, *substantiam* valuit, et *rem*. Huius exemplum saepius recurrit in Codice MS. Transl. Bibl. **O vagokbol fozlatot tenniec nem akaranac** (Esther IX. 10.): Praedas de substantiis eorum tangere noluerunt. **Menden vagnac bosegeben sokakat olmeg** (Dan. VIII. 25.): In copia rerum omnium multos occidet. Serius et *vagyon*, tertia singularis persona, affixo pronomine *ön* iam aucta, itidem pro nomine sumtum, eodem significatu inualuit; sed quorundam opinione, certe probabili, minus recte. *Elragadták minden vagyonomat:* Diripuerunt omnem substantiam meam.

KEASSATUC.

§. 158.

Verbum *clamat* cultiores Hungari hodie *kiált* dicunt. Vulgus omittit consonam *l*, dicitque

kiát. Frequentes sunt, qui etiam *i* vocalem in aliam mutant: et alii quidem in *e*, proferuntque *kedt*, quemadmodum et hoc manuscriptum habet, *keássatok*, clamate: alii vero in *a*, sed interserunt facilioris pronunciationis caussa *j* euphonicum, *kaját*. Codex MS. Transl. Bibl. hoc postremo vtitur, sed consonam *l* retinet. **Vigaggatoc, ꝛ kaialtatoc ꝍ neuet** (Iudith XVI. 2.): Exultate, et inuocate (inclamate) nomen eius.

CHARMUL. KIRL.

§. 159.

Syllabas *ál*, et *ül*, pro ratione vocalium in radice occurrentium, formatiuas esse iam saepius indicaui, primum quidem aduerbiorum, deinde etiam verborum, demum et casus, vt quidam vocant, substitutiui. Hic *úl* aduerbium format, *charmul*, lego *hármúl*, ex nomine numerali *három*, tres, tria; ex quo in formatione expungitur subsidiaria vocalis *o*, fitque ex voce sic contracta *hárm*, adiecto *úl*, *hárm-úl*, redditque Latine *ter*. Huius manuscripti aeuo videtur nondum in vsu fuisse hodierna ratio formandi aduerbia numeralia: adiecto scilicet ad nomen numerale nomine *fzer*, quod ordinem et seriem significat, cum congrua vocalis mutatione, ex. gr. *háromfzor*, quasi trina serie, tribus vicibus. *Keássatok Urumkhoz hármúl*: clamate ad Dominum nostrum ter. Quod sequitur, *kirl* lego, et suppleo cetera, *Kyrie eleison*. Formula

est veniam a Deo precantium, a Graecis in Ecclesia etiam Latina vsu recepta: *Domine! miserere; Uram! irgalmazz;* sponte intelligitur, defuncti animae, quem tunc sepeliuerunt. Hucusque habet exscriptum Sajnovitsius rarum hoc monumentum, neglecta tamen postrema vocula contracta *kirl*. RR. D. Koller, Canonicus Quinque-ecclesiensis, vltra progressus, protulit et alteram Allocutiunculam, admodum breuem, in eodem Codice Missali MS. continenter, nouo tamen capite, isti longiori adiunctam; quam et ego, fidelissime desumtam, exhibeo, ex explano.

HOMUS.

§. 160.

Vt vocabulum *homus*, *u* vocali in *o* breue mutata, *hamos* legerem; docuit me primum Párizpápaius. Habet ille in suo Dictionario hanc vocem hoc omnino sensu, qui hic requiritur, etiam ita scriptam, *hamos*, iniquus, falsus. Videri iubet eo loco et *hamis* vocem: vti hodie haec vnica scriptio, et pronunciatio, dominatur; pluresque illic adscribit significatus, fallax, falsus, iniquus, adulterinus. Deinde vero reperi eandem ita scriptam, *hamos*, etiam in Dictis MSS. Sancti Bernardi: Hamos feddesnec ferefe nekevl; Sine iniquae obiurgationis laesione. Placuit veteribus in hoc vocabulo, quia primo loco duram habet vocalem, etiam secundo itidem eandem adhibere? Erit nempe illis facilior ex a-o-

fuso in *o* breue, quam in *i*, transitus; proniorque proinde enunciatio vocis *hamos*, quam *hamis*. Et hoc vocabulum ex Oriente allatum est. Nam חָמָס (*châmas*) Hebraicum, aeque *iniquitatem* valet, (Exodi XXIII. 1.); cui in Lexicis adduntur et istae significationes, *iniuria*, *vis*, *rapina*. Sed nos *hamis* adiectiue sumimus; et substantiuum de eo formatum habemus *hamissàg*, iniquitas.

TIMNUCEBELEVL.
DEINDE
LEVN, ELEUT, FELEVL.

§. 161.

Praepositioni Latinae *ex* aequiualet nostra postpositio *belöl*, quae hic *belevl* scribitur. Hanc factam esse ex *bele*, adiecto illi affixo syllabico *ül*, de quo ante dixi, aduerbiorum, et substitutiui casus formatiuo, vltro patet. In coniungendo eius vocalis posterior *e* vel eliditur ab accedente *ül*, fitque *belül*; vt hoc et olim permulti scripserunt, et hodie scribunt: vel cum sequente *ü* coalescit, abeuntque vna in intermediam vocalem *ö*, *belöl*; quod alterum, et hoc manuscriptum, nisi verior est coniectura, quam mox dabo, magis videtur probare; et vsus etiam frequentissimus, tam vetustorum certe, quam recentium. Monui iam alibi (§. 111.), *bele* respondere interrogatoni *quo*. Sed *belöl*, hic quidem locus aperte docet referri ad interrogationem *vnde*; *belöl*, ex interiore: etsi saepe, magis ad-

uerbialiter sumtum, reddatur et interrogationi *vbi; belöl keresd*, intus quaerito. Vtrumque hodie est tantum separatum, et *bele*, et *belöl*; nisi quod augeri soleat affixis pronominibus: *belém*, *beléd*, *beléje*; *belölem*, *belöled*, *belöle*. Olim vero, vt hic quidem videre licet, fuit etiam adhaerescens nominibus: *tömlötzebelöl*, ex carcere eius, mundi nempe; *világbele*, *országbele*, in mundum, in regnum. Nostra hodierna postpositio, huius valoris, nominibus adhaerescens, et inseparabilis, est *böl*. Coaluit, siquid ego video, ex simplici *be*, cuius ortum iam alibi dedi (§. 111.), et ex eodem *ül*, quod supra attigi, eodemque prorsus modo, *beül*, *bül*, *böl*. Accuratiores *böl* volunt praeferri. Haec nominibus durarum vocalium adiecta, mutat *ö* in *ó* aeque longum: *az erdőből jövök*, ex silua venio; *mit visznek ki a' szobából*, quid efferunt ex cubili? Quod *belöl* non item fecit, neque *bele*; tenax vtriusque suarum vocalium, vtracunque vocalium classe in nominibus regnante.

§. 162.

Sed mihi suspicionem inicit non vanam diligentior apicum singulorum peruestigatio, hoc *belevl*, huius quidem manuscripti aeuo, non sic, vt ego paulo ante legi, contractis in vnam vocalibus, *belöl*, sed iis separatis, et sono distinctis, fuisse pronunciatum, *belé-ül*; sic et reliqua, quae in hoc monumento sparsa occurrunt, idem,

eleut, *felevl*, non more nostro hodierno, *lön*, *elött*, *felöl*, sed *le-ön*, *ele-ott*, *fele-ül*, fuisse prolata. Fuit quidem in vsu; sed aetate multo posteriore, ad *ö* vocalem designandam, *eu*, et *eo* literarum combinatio: et, cum in scripto quopiam adhibita est, eadem comparuit constanter, vbicunque hic sonus fuerat exprimendus. At huius monumenti aeuo, paucas admodum literas, nobis proprio sono a Latinis distinctas, et praesertim vocales certe nullas, scriptas fuisse aliquo combinationis auxilio, lectori sane cuique vltro patet quam luculentissime. Expressae sunt istae quam maxime literis simplicibus, fere vagis, et quibus sonus conueniens ex sensu est addendus. Ad *ö* designandum, vbi iste recurrit sonus satis frequenter, adminiculo est simplex *i*, *u*, *v*, et *w*: ex. gr. *gimilcictul*, *gimilstwl*, *ildetuitel*, *cuzicun*, quae sic lego, *gyimöltsöktöl*, *gyimöltstöl*, *üldetvétöl*, *közökön*. In solis istis, *belevl*, *levn*, *eleut*, *felevl*, in quibus *ö* hodiernum, ortum procul dubio duarum vocalium in vnam concretione, sonamus, non sine caussa duae separatae sunt vocales. Mihi quidem hac scriptione prima rudior formatio, vtraque vocali distincte sonante, genuine referri videtur: quemadmodum et in verbis *ineue*, *tilutoa*, *mundoa*, nostra lectione *yenneö*, *tilótóa*, *mondóa*, eam expressam cernimus. Ab istis posterioribus, *tilotoa*, *mondóa*, tertiis primi imperfecti personis singularibus, solo *o* euphonico non occultato, diffe-

runt eaedem personae in verbis mollium voca-
lium, *terömtéve*, *feledéve*, *vetéve*. Atque in his,
manuscripti certe aetate, vtramque vocalem, et
imperfecti notam characteristicam, et illi acce-
dens affixum pronomen personale, distincto so-
no expressam fuisse, evidenter, vt mihi persua-
deo, iam alibi edocui (§. 43. et sequ. praeser-
tim 51.). Quo satis effectum esse puto: vt et
altera combinandi ratio, in hoc cumprimis mo-
numento tam simplici, frustra a quibusdam quae-
ratur, et illa quidem tam aucta, tam composi-
ta, ex tribus adeo literis, *eve* pro *ö*. Conciliaui
cum istis participiis, reuera sic olim prolatis,
éléve, *terömtéve*, participia nostra recentiora,
élö, *terömtö*. Reiecta ergo, praecipue in vocali-
bus, combinandi ratione, aeui vtique serioris in-
uento, coaeua manuscripti nostri simplicitate,
levn est *léön*. Primae nimirum radici *le* accessit
imperfecti nota characteristica, *le-e*; cui serius,
imo iam tum quoque interiectum est quandoque,
et *v* euphonicum, *le-v-e*: eo neglecto *le-e* sim-
plicius dedit per contractionem *lê*; vti in *e-endöl*
quoque duo *ee* in vnum coierunt, *êndöl*; contra-
ctum *lê* assumsit demum tertiae personae pro-
nomen *ön* magis demonstrans, *lê-ön*. Sic et *elő*,
etiam *elé*, participium antiquissimi verbi *el*, ex
Oriente, *primus est*, *incipit*; nominis valore *pri-
mus*, *principium*, *initium*; postpositionis vsu *prae*,
ante; ad interrogationem *vbi* accepit affixum ben-
[illegible] *ott*, ibi: *elő-ott*, *elé-ott*. Sic item *bél*, nomin

nis valore *pars interior, intestina, viscera;* et *fel* itidem, vt nomen, *directio, versio:* eadem postpositionis vsu, vocali aucta, euaserunt postpositiones absolutae, *bele, fele*, conueniente significatione *in, intro, versus, circiter;* assumto formatiuo *ül* aeque postpositiones, praesertim ad interrogationem *vnde, belé-ül, felé-ül*. Et haec est mea quidem de his opinio: quam tamen, tanquam certam, obtrudere nulli volo; ob eamque rem haec vocabula in lectione mea dedi more nostro recentiore, vocalibus in vnam intermediam coeuntibus, *lön, elött, belöl, felöl.*

HELHEZIE, ILEZIE.

DEINDE

VIMAGGUC, UIMAGGOMUC, UIMAGGONAC, KEGIGGEN, ÓVGA, ÓGGUN.

§. 163.

Iam satis superque memoraui loco alio (§. 44.), pro more quidem a Grammaticis recepto, nominatiores consonantes nostras euphonicas, atque easdem etiam connectentes. In his vsus latissimi est consona *j*, maxime vero connectendi officio. Affixa certe personalia iungit illa cum nominibus, verborumque radicibus; vel accedit his vna cum affixis, vt socia potius primigenia, praesertim cum pronomine *ö*, olim *vö* (§. 108.); et in nexu cum verbis facit hoc in forma cumprimis determinata, prorsus vt cum ipsis nominibus, non modo in vocalem desinentibus, sed saepe cum iis etiam, quae consona terminantur et, quae

vocalibus maxime duris gaudent. Recurrit vero litera *j* tanto cumulatior in ipsis verbis et eo nomine: quod sit etiam formatiua, et nota characteristica, imperatiui. Et consonas finales, praecipue verborum, quae hanc consonam *j*, tam connectentem, quam imperatiui formatiuam non abhorreant, sequentes quidem octo nullus negat, nullus in dubium vocat: *b*, *f*, *g*, *gy*, *k*, *m*, *p*, *r*. Nullus enim has ex. gr. primas personas plurales praesentis temporis, modi indicatiui, in forma determinata, audet reiicere: *fzab-j-uk*, *döf-j-ük*, *vág-j-uk*, *váj-j-uk*, *rak-j-uk*, *nyom-j-uk*, *kap-j-uk*, *akar-j-uk*: sarcinamus hoc, aliquid determinati, arietamus, secamus, cauamus, struimus, premimus, rapimus, volumus. Neque isti a quoquam imperatiui impugnantur: *fzab-j-on*, *döf-j-ön*, *vág-j-on*, *váj-j-on*, *rak-j-on*, *nyom-j-on*, *kap-j-on*, *akar-j-on*: sarcinet ille, arietet, secet, cauet, struat, premat, rapiat, velit.

§. 164.

Sed eandem consonam *j*, et connectentem, et imperatiuos formantem, olim certe et istae sibilantes consonae finales, *fz*, et *z*, diu integram, et non mutatam admiserunt: quae tamen hodie, vsu duobus iam seculis amplius recepto, eam in sibi parem migrare cogunt. Ex frequentissimis veterum exemplis adduco non pauca primum pro consona *j* connectente. Habet Tinodius inter plurima et haec. *Az Elő* [illegible]

maria (f. 28): Dei viuentis populo obtrectat. *Az fölát öket meg aiandekozya* (R. I.): Insuper eos munere donat. *Nagy vigan öc iſziác Baronya Somogy borat* (H. 2.): Admodum laeti bibunt illi, Baranyense, et Somogyense vinum. Recurrunt et in Dictis MSS. Sancti Bernardi: **My azt gonozra vezyewk**: Nos id in malam partem sumimus. **Magat megoltalmazya**: Semet defendit. Praeterea in Codice MS. Transl. Bibl. **Meg hozia Isten Israelt vigaſſaggal** (Baruch V. 9.): Adducet Deus Israelem cum iucunditate. **A' papoc elorozzac az arannat** (Idem VI. 9.): Sacerdotes suffurantur aurum. **A' harom kiralokat megalazia** (Dan. VII. 24.): Tres reges humiliabit. Videamus iam exempla pro consona *j* imperatiuorum formatiua: quorum aeque multa reperiuntur apud eosdem, et alios. Leguntur haec iterum in Tinodio. *Hogy üzienec chatakat* (H. 7.): Vt proelia committant. *Lohoz, fegyverhöz keveſet biziatoc* (f. 3.): Equo, et armis parum fidite. Deinde in iisdem Dictis MSS. Sancti Bernardi. **Te zyuedet evnek zereczyed**: Cor tuum ei tradito. **Hog megkevtelezyek evtet valamiben**: Vt eum obligent in aliquo. **Hog erevdben megfogyatkozyal**: Vt viribus tuis deficias. In Precum Libro MS. **Ivdwezeik engemet, hog el ne vezyek**: Seruame, ne peream. Demum etiam in Codice MS. Transl. Bibl. **Hog elvezien mend vegiglen** (Dan. VII. 26.): Vt dispereat vsque in finem. **Vegezied meg ez latatot** (Idem VIII. 26.): Vt

sionem hane signa. Ültözieł mentöl ioh ruhaidba (Ruth III. 3.): Induere cultioribus vestimentis. Idem vsus fuit in verbis etiam ex neutris in actiua transeuntibus: quae factitiuum *t* in imperatiuis et hodie amittunt. Hog feltámaziad te kö-zelednec neuet (Ruth IV. 5.): Vt suscites nomen propinqui tui. Akaziatok fel ötet (Esther VII. 9.): Appendite eum. Ki hirtelenkedetet gerieszien (Iudith VIII. 12.): Qui furorem accendat. Leteriezie ö magat (Dan. III.): Prosternat se. Et talia sunt omnino etiam manuscripti nostri duo haec verba: *helhezıe*, et *ılezıe*; lego *helyhezje*, et *éleſzje*, sic formata ex verbis *helyhezt*, collocat, *éleſzt*, viuificat. Antiquitas itaque Hungara, quoad ista se extendunt exempla, tam erat tenax consonae *j*, et connectentis, et imperatiuos formantis, harum etiam sibilantium consonarum concursu, annis omnino tercentis, et prope quinquaginta. Tantum enim temporis est a manuscripti nostri aeuo vsque ad Tinodii aetatem; quem hoc vsu postremum reperi in eius operibus anno 1554 editis. Ab hoc demum tempore abiit *j*, in his casibus, in eam consonam, cui adiecta esset: *helyhezze*, *éleſzſze*, *támaſzſza*, *akaſzſza*, *öltözzél*, *jegyezzed*, *veſzſzen*, *iſzſzák*, *oltalmazza*, *hozza*.

§. 165.

Restant aliae consonae quinque *d*, *gy*, *l*, *n*, *t*; quibus consona *j*, dum connectens est,

singulis; dum vero imperatiui characteristicam agit, excepto *t*, ceteris tantum aeque integra adhaerere deberet, ex lege quidem etymologiae. Hanc legem, quod ego sciam, Scriptis suis editis primum commendare coepit Katona Geleiensis (anno 1695.): non multo post etiam Tsétsius Obseruationibus suis certe aureis, iterum iterumque in lucem prolatis. Pugnat pro ea nostro hoc tempore cumprimis Magna Grammatica Debretzinensis, et merito quidem, ac iure quam optimo. Obstat tamen sanis ac rectis Praeceptionibus Grammaticis turba ingens. Multi enim, atque in his Viri cetera docti, alii quidem, qui ipsi antea Tsétsiana secuti fuerant, probe noui, quo importuno Dictatore, vel tumido potius Stentore abducti, neglecta etymologiae cura, vulgi se pronunciationem sequi adstruunt: alii autem, vt idem vniuersi facerent, iam adeo et lucubrationibus in lucem sparsis, quosque eo adducere contendunt; et iis, qui etymologiam consectantur, peregrinum aliquid, plane ab Italis arreptum, affingunt, praeclara sane Linguae Hungaricae, et intima, vt iactitant, cognitione praediti. Ego et in hac contentione, cum iam tanta de rebus aliis bene multis libere sum elocutus, quid mihi accommodatius esse videatur, pro more meo, hoc quoque loco depromere non verebor. Occasionem disserendi offerunt verba in hoc manuscripto complura, certe vulgi, vt isti volunt, pronunciatione exarata.

§. 166.

Haec ego ita scripta, *vimagguc, uimaggomuc, uimaggonac, kegiggen, ovga, oggun*, omnia imperatiui significatione, meo quidem more, habita etymologiae ratione, scripsi, et legi, *vimádjuk, vimádjamuk, vimádjanak, kegyedjen, ovdja, adjon.* Eius vero aetatis pronunciationem, quam scribendi ratio, etsi rudis, satis tamen clare indicat, si pressius fuissem secutus; ita sane scribere debuissem, *g* consona vbique emollita: *vimágygyuk, vimagygyamuk, vimágygyanak, kegyegygyen, ovgya, agygyon:* aut certe, ne litera *y* toties interserta scriptionem tantopere diduceret, eo compendio, quo maiores nostri duobus et amplius seculis sparsim iam vsi fuerunt, haec et ego multo aptius contraxissem: *vimágguk, vimággamuk, vimágganak, kégeggen, ovga, aggon.* Pace mea, vt aliquid et iis largiar, qui concurrentia duo *g, l, n, t*; compendii gratia, vtraque vnico dumtaxat *y* emolliri volunt, scribantur ista et eorum more: *vimággyuk, vimággyamuk, vimággyanak, kegyeggyen, aggyon.* Iam anni sunt prope sexcenti, quos ab huius manuscripti aetate computo; ex quo Hungari ad nostra vsque tempora, pronunciandi mollitie, consonam *j* vtroque suo officio, cum consona *d* ex ipsa intima linguae indole concurrentem, vniuersi quidem, vtramque in vnam intermediam molliorem contractam, vel simplicem, vel dagesehatam, seu geminatam, expresserunt, ho-

dieque exprimunt; non tamen vniuersi semper ita etiam scripserunt. Multa enim reperi exempla, tam in manuscriptis variis, quam etiam libris prelo expressis: quae radicis *d* consonam finalem integram, non corruptam, habeant; accedente ad eam, pro connectente hac, vel imperatiuum formante, consona *j*, modo *i*, modo *y*, demum etiam ipsa *j* litera. Notum est enim, has, orthographia nondum stabilita, olim promiscue sumtas fuisse.

§. 167.

Multo vero saepius euenit hoc consonis *l*, *n*, *t*. Et *t* quidem, vel in nostro hoc monumento, in verbis saepius ita recurrit cum *i*, pro *j* connectente, consonae valore connexum, bis in *latiatuc*, postea in *mulchotia*, *temetiuc*, *zocoztia*. Atque in his, nostri sane manuscripti aeuo, *t* istud sono proprio, integrum, non emollitum, et *i* aeque sono consonanti *j* proprio, sic prolatum fuisse, *lát-játok*, *mulhat-ja*, *temet-jük*, *fzakafzt-ja*, quare fidentius asseram: manifesta reperi argumenta in nostris nominibus, *intetvinec*, *ildetuitvl*, etiam *kinzatviatul*. Certe *v*, et *j*, olim inter se commutabilia, et vsus fuisse promiscui, satis superque iam docui (§. 46. et seqq.); vtraque, nempe euphonica, et connectentia. In his vero pronunciandis, *intet-vének*, *üldet-vétöl*, deinde, aliquanto fortius in tertio exemplo, *v*, et *j* consonis in vnum sonum coalescentibus, *kinzat-*

vjától, consona *t* non emollita sonat, sed sono proprio, separata a *v* connectente; quae in enunciando sequenti vocali *é*, et *á*, seu pronomini potius, horum nominum relationem ad tertiam singularem personam indicanti, adiungitur; eaque, vt pars quidem illi cognata, si ad originem respiciamus, ad *vő* vetustissimum, quod postea, neglecto *v* halitu, abiit in *ő* pronomen hodiernum (§. 108.). In tertio exemplo, *v* cum *j* coniunctum, ipsius *v* sonum, delicatis auribus discernendum, *j* consonae vicinum indicat; in quam demum abiit etiam, vocalemque cognatam et porro secuta, neque hac mutatione sua emolliuit praecedentem *t* consonam, *intet-jének*, *üldet-jétől*, *kinzat-jától*. Idem ergo sonus est et in verborum exemplis paulo ante allatis. Et ista quidem consona *t*, ac duae aliae, *l*, et *n*, quibus addi potest et *gy*, quia sono sunt paulo leniore, facilius ferunt *j* consonam vicinam, soni aeque lenioris: ex. gr. *lát-ja*, *vall-ja*, *kíván-ja*, *hagy-ja*; videt, fatetur, desiderat, relinquit.

§. 168.

At vero *d* consona, soni densioris, ab eadem *j* consona leni, cum magis distet; quod periclitando, in his ex. gr. verbis, *ad-ja*, *tagad-ja*, dat, negat, quisque aurium sensu perceptum vltro discernet: molliter loquentibus durior quidam in hoc concursu visus est sonus. Inde factum est, hodieque fit, quod supra iam monui (§. 166.):

(§. 166.): vt *d* consona, in vocum inflexionibus, quoties consonam *j* connectentem, etiam imperatiui formatiuam, etsi ex intima linguae indole, vt similium omnium certa analogia clare ostendit, sibi adiectam reciperet; loquentium tamen mollitie corrupta, cumque eodem *j* confusa, atque in vnum sonum medium migrare iussa, exprimeretur valore modo simplici; modo geminato. Sonum consonae *gy* emollitae, medium inter *d*, et *j*, procliuem earundem concretione ex soni vtriusque indole, manifeste exhibet et ista earundem literarum series, *dé*, *gyé*, *jé*. Quod de valore simplici dico, is locum tum habet: cum in radice *d* consonam finalem alia aliqua consona praecedit: ex. gr. *mond*, dicit; *áld*, benedicit. Ex his deriuationes fiunt; accedentibus affixis personalibus, cum consona *j* connectente, etiam imperatiuum formante, more quidem molliter loquentium: *mon-gya*, *ál-gya*; *mon-gyátok*, *ál-gyátok*; scribendi compendio: *mon-ǵa*, *ál-ǵa*; *mon-ǵátok*, *ál-ǵátok*. Iam, vbi valor geminetur, et qua de caussa, et hoc videamus. Cum in radice *d* consonam finalem vocalis anteit, seu breuis, seu longa: ex. gr. *feled*, *szenved*, obliuiscitur, patitur; *ád*, *imád*, dat, adorat: accedit his vna cum affixis personalibus etiam consona *j* connectens, vel imperatiuum formans. Sentit vulgus intimam linguae indolem, sentit hac accessione duarum iam consonantium concursum fortius exprimendum: et, licet pro-

nunciandi mollitie vtramque corruptam, atque in vnam intermediam coalitam, proferat; fortiorem tamen sonum, quem sensit exposci, non negligit, duas diuersas literas, sono proprio occultatas, tertia intermedia geminata, compensat. Quare ita haec enunciat: *felegy-gye*, *szenvegy-gye*, *agy-gya*, *imágy-gya*; scribendi compendio: *feleģ-ģe*, *szenveģ-ģe*, *aģ-ģa*, *imáģ-ģa*; eorum autem more, qui vtramque antecedentem consonam vno dumtaxat *y* emolliunt, *feleggye*, *szenveggye*, *aggya*, *imággya*. Et hanc esse horum vtroque casu, veram apud vulgum pronunciationem, hanc vigere similia exprimendi receptam consuetudinem, nemo, qui quidem aures habeat paulo attentiores, negare ausit.

§. 169.

Eandem sequitur vulgus rationem, pronunciandi mollitie, etiam in reliquis consonis, *gy*, *l*, *n*, *t*, licet lenioribus, proinde a consona *j* non adeo abhorrentibus (§. 167.). Harum primae *gy* parem facit ille accedentem *j*; ceteras vero eiusdem *j* accessione emollit, *ly*, *ny*, *ty*, easque pro ratione radicum, eadem lege sua tacite indita, itidem vel simplices, vel geminatas enunciat. Exempla sunto: *hágy*, relinquito; ebfagy, gelascit. Haec ita formata sic exprimit: *hagy-gya*, *haģ-ģa*, *haggya*, relinquat; *fagy-gyon*, *faģ-ģon*, *faggyon*, gelascat. Deinde ex istis deriuata: *ront*, destruit; *költ*, expendit; *védelj*

accusat; *emel*, leuat; *tanúl*, discit; *kerül*, circumit; *fon*, net; *ken*, vngit; *mutat*, ostendit; *fizet*, soluit; aeque ita pronunciat: *ron-tyúk*, destruimus; *köl-tyük*, *vádoly-lyuk*, *emely-lyük*, *tanúly-lyuk*, *kerüly-lyük*, *fony-nyuk*, *keny-nyük*, *mutaty-tyuk*, *fizety-tyük*; antiquorum compendio: *ron-tuk*, *köl-tük*, *vádol-luk*, *emel-lük*, *tanúl-luk*, *kerül-lük*, *fon-nuk*, *ken-nük*, *mutat-tuk*, *fizet-tük*; vel, vt more etiam recentiorum exhibeantur, praesertim posteriora, vno tantum *y* vtramque praecedentem consonam emolliente: *vádollyuk*, *emellyük*, *tanúllyuk*, *kerüllyük*, *fonnyuk*, *kennyük*, *mutattyuk*, *fizettyük*.

§. 170.

Iam isti, qui se hodie consuetudinem in pronunciando sectari dictitant, si id ita omnino facerent: esset sane aliquid, quod illis indulgentius tribui posset. Verum, cum et meliores Praeceptiones Grammaticas fastidiant; neque consuetudini exacte adhaereant: videntur illi mihi hac in re immoderate agere, ne dicam turbulenter. Patet hoc quam clarissime in verbis *d* consona terminatis. Haec illi quomodo scriptitant? Dura sane, prorsus non ad mollem pronunciandi consuetudinem. Quis enim de vulgo sic ista profert: *ad-gya*, *imád-gya*, *mond-gya*, *áld-gya*? At radices integras volunt seruare, et tribuunt nempe hoc pacto aliquid etiam etymologiae; vnde vero et de consuetudine retinent aliquid. In

nunciandi mollitie vtramque co[illegible] ciunt. Si in vnam intermediam coalita[illegible] andis; cur tiorem tamen sonum, quem[illegible] etymologia negligit, duas diuersas lit[illegible] am tam copio- cultatas, tertia interm[illegible] accedunt verbis sat. Quare ita haec [illegible] ; ea singula sunt *végy-gye*, *agy-gya*, [illegible] s pronominum (§. pendio: *feleg-ge* [illegible] et consona *j*, non *gy*, eorum autem *r* [illegible] on *ty*, consona *j*, inquam, consonam v[illegible] rbis connectendi officio, iungit *szenveggye* [illegible] e; in tertiis praesertim personis, vtroque [illegible] sepius repeto, formatiuis pronominibus nem, [illegible] primigenia societate arctius adhaerescens, cor[illegible] retustissima forma *vö*, *vök*, deinde *v* in *j* mu- b[illegible] *jö*, *jök*: iungitur ipsa haec *j* consona, et imperatiuorum formatione propria, manetque integra, praeter concursum paucarum admodum consonantium, *t* imprimis; in quibus imperandi energia spiritum expressit, aspere, acute, et crasse sibilantem. In his nimirum, et praesertim in personarum formatione, admodum Hebraei sumus. Orientalis linguae nostrae, intimam indolem, ipsaque viscera perscrutantibus, eruta haec sunt; atque analogia quam copiosissima probata. Haec altissima clamant voce, consonam *d*, cum *j* connectente, et imperatiuos formante, etymologice quam aptissime cohaerere: domi, in linguae nostrae penetralibus, reperta est haec ratio, non ab Italis arrepta.

§. 171.

Sed cosnuetudo penitusne erit negligenda? In apicibus, quos etymologiae leges euoluunt, vulgi segnitie clare demonstrata, ea quidem tuto negligetur. Et, si seruandae radicis studio parte aliqua iam negligi coepit, cur non etiam tota negligatur? Sed qui hoc quaerunt? Quibus non succurrit, in rebus aliis permultis se non aeque religiosos esse. Magna scilicet res est, a talibus recedere, *ad-gya*, *imád-gya*, *mond-gya*, *áld-gya*, vtique et his non omni ex parte ad vulgi pronunciationem exactis: cum iam ab aliis recesserint, quae vulgi mollitie, pariter non ad etymologiae leges sunt enunciata; et quae ipsis etiam libris, tam manuscriptis, quam prelo expressis, ita illata reperiuntur. Haec certe, *üdvösség*, *igasság*, *egésség*, *ravasság*, *imátság*; deinde *vannak*, *annak*, *ott hanná*, *el ſzenné*, *ott vattok*, *itt hattok*, *attam*, *ſzalattam*; omitto cetera; sunt enim innumera; haec, inquam, nullus horum non iam ad etymologiam reducta scribit: *üdvözség*, salus; *igazság*, iustitia; *egészség*, sanitas; *ravaſzság*, astutia; *imádság*, oratio: *vagynak*, sunt; *adnak*, dant; *ott hagyná*, ibi relinqueret; *el ſzedné*, decerperet; *ott vagytok*, ibi estis; *itt hagytok*, hic me relinquitis; *adtam*, dedi; *ſzaladtam*, aufugi, euasi. Neque, si ita haec, vt sunt accuratius scripta, vel ipsi pronuncient, vel alios pronunciare iubeant, quem quisquam eorum auditur, vel queribundos alios

lubens exaudit; nescio, qua molestia impediri linguam mollem: ac tum faciunt, saepe etiam insolentius, cum ista nostra, recte, et pulchro compendio scripta, itidem recte enunciare conamur: *ad-ja*, *imád-ja*, *mond-ja*, *áld-ja*, *hagy-ja*, *fagy-jon*, *ront-juk*, *költ-jük*, *vádol-juk*, *emel-jük*, *tanúl-juk*, *kerül-jük*, *fon-juk*, *ken-jük*, *mutat-juk*, *fizet-jük*.

§. 172.

Contra haec nostra, praeter consuetudinem iactatam, pugnant illi et Scriptorum auctoritate. Quorum vero? Quos nempe neque ipsi reueriti sunt; cum illa alia nobiscum ad etymologiam exegerunt. Sed est praeterea in promtu aliud etiam, quod iis respondeam. Praeclare quidem meruerunt de omni posteritate Hungarica, dignique sunt memoria futuri temporis sempiterna, summi illi viri, Pázmánus, Káldius, ceterique omnes, et qui istos aetate antecesserunt, quique secuti sunt, Scriptores Hungari: quod diligentiae suae monumentis, Sermonis Patrii copiam, proprietates, vim, nitorem, elegantiasque innumeras conseruarint, et ad nos vsque propagarint. Illud tamen, quin venerationi illis debitae quidpiam decedat, tuto de iis dici potest: eos grauioribus rebus intentos, etymologiae non admodum fuisse curiosos, eo praesertim studio; vt ad singulos apices animum anxie aduerterent. De his, quae aetas posterior, innumeris aucta subsidiis, felicius, certiusque eruit, et euoluit,

puto equidem, et ipsos, si a mortuis resurgerent, pleraque animo non repugnante audituros, libenterque accepturos esse.

BIRSAGNOP.

§. 173.

Vocis *birság* radix est *bír;* cui diuersos adscribit Párizpápaius significatus: possidet, habet, tenet; *bírom magam*, valeo, vigeo; demum etiam vincit. At verbi *iudicat* significatio ipsi radici nuspiam tribuitur: quam tamen olim habuisse satis ostendit participium praesentis temporis de eo deductum, *bíró;* quod, in substantiuum transiens, *iudicem* denotat; deriuatum porro ex hoc substantiuum auctius *bíróság* valet *iudicatum.* Ipsi primae radici *bír* adiectum idem formatiuum *ség*, vocali *é* aeque in congruam mutata, dat substantiuum *birság;* sed hoc pro *mulcta* est ex vsu certe antiquo. Hic tamen locus clare docet, prius id *iudicium* valuisse, quam *mulctam. Iudicii diem*, extremum nempe, quem expressum habet et latina brevior Allocutio vetusta; et quem nuspiam scio *mulctae diem* dici, reddidit hoc loco Auctor manuscripti, *bírságnap.* De hoc composito, voce *nap* resecta, quae *diem* valet, residuum *bírság* erit *iudicium.* Nunc iudicium *ítélet* dicimus; a verbo *ítél;* quod plures habet significatus: iudicat, censet, retur, arbitratur. Eius participium praesens *ítélő* est cen-

sor, arbiter, aestimator. Cum hoc tamen nomine, *ítélet*, constructum idem *nap*, affixo pronomine auctum, *ítélet' napja*, significat hodie iudicii diem, illum extremum, qui hic intelligitur. Assumtum hoc esse puto, posteaquam *bírság* a primitiuo suo significatu abire coepit in secundarium. Nempe, quia iudicia plerumque mulctae consequebantur, ipsum iudicii nomen, *bírság*, demum pro mulcta sumtum est. Atque hoc sane mature coeperit vsu inualescere: cum nomen *bírság* ab Hungaris ad alias etiam gentes hoc sensu iam dudum abierit, assumta Latina forma *birsagium*; quod et exteri Iuris Scriptores nonnulli vltro agnoscunt. Quod ipsum addit etiam non leue pondus ad reliquas probationes de huius manuscripti aetate admodum remota: quando *bírság*, nondum *mulctam*, sed reuera *iudicium*, vi radicis suae, significauit. Et a verbis hoc modo formari substantiua non pauca, retenta radicum significatione, connectente congrua vocali, vel ista exempla satis docent: *imád-ság*, oratio, ab *imád*, orat; *költ-ség*, expensae, a *költ*, expendit.

IVTVA.

§. 174.

Verbi *jut* prima significatio est, venit, peruenit, deuenit; quod et iste locus satis indicat. Valet etiam obuenit, obtingit: *neked is jut*, *kamarad*; et tibi obueniet, obtinget, si quid reli-

quum fuerit. Eius deriuatum *jutalom* est praemium, merces, quasi id, quod obuenit, obtingit, benefactis, et laboribus. Ex hoc porro adiectiuum *jutalmas*, magis translatum, vtilis, fructuosus, lucrosus, promerens. *Jutva* est verbi huius participium. Et constructiuncula, *birság nap jutva*, est Latinorum ablatiuus absolutus cum participio, *iudicii die adueniente*. Vetusta Allocutio Latina breuior hoc quidem compendium non habet; eius verba hoc loco ista sunt: *cum dies iudicii aduenerit*. Tanto itaque certius est, Hungaros et olim elegantia loquendi compendia in suis participiis consectatos fuisse; quia hic Translator, Latinum non secutus, participio vsus est potius, modo loquendi nostris vtique iam tunc familiari. Hunc vsum omnem, quam vberrimum, Latina compendia et eleganter, ad linguae nostrae indolem, et feliciter aequantem, euoluo in Grammaticis Obseruationibus meis in Codicem MS. Transl. Bibl. Antiquitatum Literaturae Hungaricae Volumine III. recurrunt illic sociae his elegantiae nostrorum etiam infinitiuorum, quas parte aliqua et in hoc Commentario attigi (§. 72, 73.). Ad hoc tamen participium imperfectum, cuius exemplum hic occurrit, vel interea, dum illae Obseruationes meae prodeant, aliqua luce illustrandum, illis dictis meis, iam supra (§. 70.) per occasionem strictim insertis, sua adiungam exempla quaedam ex veteribus desumta.

§. 175.

Jutva, et ceterae huiusmodi formationes de verbis, sunt veri nominis participia: nam inflectuntur, vti nomina, per casus, et numeros; assumunt etiam personas determinatorum verborum more. Apud Telegdium legitur huiusmodi participii casus accusatiuus. *Az én Postillámat úgy mint semmit, és minden tevelygeffel rakvát, meueti* (In Praef. Part. II.): Postillam meam, tanquam nihilum, et omnibus erroribus refertam, ridet. Káldio, et Pázmáno placuit etiam pluralis, *rakvák*, plena, repleta. In Codice MS. Transl. Bibl. recurrit aeque hoc modo pluralis: Vron ńugoznac vala mondvac (Micheae III. 11.): Super Dominum requiescebant dicentes. Quae iis vulgo in Paradigmatibus Verborum adiiciuntur, *jutván*, *rakván*, *mondván*, sunt reuera aduerbia; vti ista *simán*, *tifztán*, a *síma*, glaber, laeuis, a *tifzta*, mundus, purus; formata affixi syllabici *an*, vel *en*, aduerbiorum formatiui, adiectione, vocalibus in vnam longam coeuntibus. Qualia aduerbia formantur a participiis etiam praeteriti temporis: *ázottan*, madide, ab *ázott*, madefactus; *lankadtan*, languide, a *lankadott*, *lankadt*, languefactus. Iam quomodo etiam personarum affixa recipiant, ostendunt exempla prorsus singularia, quae praebet CodexMS. Transl. Bibl. Enen magam meghagattatuan latam e nag latatot (Dan. X. 8.): Ego relictus solus vidi visionem hanc. Hamiffan mivuelkettonc

eltauozuanc tetǫlled (Dan. III. 29.): Inique egimus recedentes a te. *Idǫt mulattoc, tuduatoc, hogy elment tǫllem a' bezed* (Dan. II. 8.): Tempus redimitis, scientes, quod recesserit a me sermo. *A' ferfiac, megertueiec a' kiralt, mondanac neki* (Dan. VI. 15.): Viri intelligentes regem, dixerunt ei.

UNUTTEI.

§. 176.

Vocem hanc ita scriptam, *unuttei*, lego *önöttei*. Nam vocalis *e*, affixum nempe pronomen, radicum vocalibus sese accommodans, cum mollis sit, ostendit et *u* praecedentia hic mollia esse debere, *ö* scilicet. Allocutiunculae exemplar Latinum, de cuius copia vetustiore Translatio Hungarica facta est, eius significatum aperte exhibet! *önöttei*, electi sui, electi eius. Sed hoc amplius valere indicat vox apud Arabes hodieque superstes, ex primigenia certe lingua, ad illos, et ad maiores nostros olim propagata. Nam און (*on*), quod Hebraicis literis scriptum profero, est *beatior status*, *diuitiae*; *id*, *quod sufficiens*, *ac satis est*; *quies*, *tranquillitas*; *affluentia naturalium virium animantis* (Vide Schultzii Lexicon): Huius vocalis *o*, in nostrorum labiis, abiit in *ö*. *Ön* ergo, hoc primaeuo suo valore, isto quidem loco, est *beatior status*, *beatitas*. Nomen utique, sed idem et verbum; si-

quidem *önöttei* participium esse praeteriti temporis vltro patet ex sensu, et ex litera *t*, praesertim geminata, quae est praeteriti temporis formatiua. Sic istud quoque, vt aliae complures apud nos radices, de quibus alibi iam egi (§. 101.), cum et verbum sit, hoc verbi vsu ista erit significatione genuina: *in beatiorem statum ponitur, beatitatem consequitur, beatur;* in participio autem praeterito, quod hic est: *in beatiorem statum positus, beatitatem consecutus, beatus.* Cum *önött*, vt supra *tilott*, passiua sit significatione: autumo et ipsum eius verbum, sicut *til*, formae fuisse passiuae: *önöm, önöl, önik*, beor, bearis, beatur. Haec mea euolutio eo quam maxime confirmatur: quod ipsum hoc vocabulum, Arabibus, et nostris olim maioribus commune, apud Esthones quoque hodieque supersit. Vide Hupelii Vocabularium, Grammaticae Esthonicae prolixius adnexum. *Ön*, nominis substantiui valore *das Glück*, fortuna, felicitas. In eius vero deriuatis, et varia construendi ratione, recurrunt et reliquae significationes, Arabicis propiores. Nam, vt horum aliqua tantum attingam, primum *önnis*, adiectiui forma, est *ſelig, glücklich*, beatus, felix, fortunatus. Olim et nobis *önös* hac forma certe eodem fuerit valore. Deinde *önnistama*, iam verbum, *ſegnen, beglücken*, beatum, felicem reddere: abiecto infinitiui formatiuo, *önnista* par nostro *önösét*, vel simpliciori *önét*. *Önnistus*, respondens nostro *üdvösség*,

est *Glückseligkeit*, *Seligkeit*, *Wolfahrt*, felicitas; beatitudo, status beatior. Quare nostrum *önöttei* genuine *beatos suos* valet, quos exemplar Latinum *electos* dicit. Sed auditur apud nos quoque, licet rarius, in nonnullis tantum partibus, idem hoc vocabulum, significatione aliquantulum translata: *meg nem önött*, non successit, non ex voto cessit; genuine vero, non est beatum; quasi diceretur, non pertigit ad beatitatem, ad statum affluentiae, quae optabatur.

CUZICUN.

§. 177.

Vocem *cuzicun* more nostro lego *közökön*. Complectitur in se hunc omnem significatum, *in medio eorum*. *Köz*, medium, intermedium, intervallum, intercapedo, nomen substantiuum; quod etiam postpositionis accepit significatum, *köze*, *között*, *közül*, inter, ex, ex medio. *Közök*, medium eorum, assumto *ök*, ipso nempe pronomine tertiae pluralis personae, amisso tamen accentu. *Közökön*, in medio eorum, accepto *on*, vel *ön*, affixo, quod Latinorum praepositionem *in*, saepissime et *super*, refert, vocali congruenter accommodata. In Latina nihilominus lectione mea, omnem hanc coaceruatam significationem simplici praepositione aequiualente reddidi, *inter*: *Inter Sanctos suos*, *et Electos suos*. Genuine, resolutis singulis partibus, post-

positione, in hoc quidem statu affixo, in substantiuum tanto clarius redeunte; quod ipsa aliam insuper adsciscat postpositionem, *en*, vel *an*; hunc profecto locum ita debuissem Latine transferre: *Szentei*, *és Önöttei közökön*; *In Sanctorum suorum*, *et Electorum suorum*, *medio eorum.*" Latet hic in vocula *közökön* res admodum singularis, et magni sane momenti. Atque vtinam plura superessent huius aetatis monumenta: quae ad redarguendum, et vulgi, et Scriptorum frequentem errorem, copiosiora suppeditarent, plena venerationis, et auctoritatis, argumenta! In affixis pronominibus, relationem ad tertiam pluralem personam indicantibus, Scriptores vel optimi, et nostri, et superioris aeui, parum sunt exacti. Quotidianus est in his et vulgi error. Iam dudum optauit in his et Tsétsius, incomparabilis acuminis Vir, maiorem, tam loquentium, quam scribentium diligentiam. *Male a pueris assueti*, ait ille, *saepius*, *quam credere fas sit*, *erratur etiam a doctoribus.* Horum plerique hunc certe locum, genuine, ad legem etymologiae, quae ex ipsa linguae nostrae indole eruta est, tam probe expressum, *szentei*, *és önöttei közökön*, sic deprauassent, *szentei*, *és önöttei közém.* Habet eandem postpositionem, noua postpositione auctam, etiam Marosvásárhelyius, vt alios praeteream, et aeque non ad legem exactam: *Ugy hozzattya*, *mint baranyokat farkasok közibe* (pag. 669). Ponere debuisset *farkasok közökbe*. Ita

eos mittet, vt agnos inter lupos, in medium luporum. Praeposterus iste affixorum pronominum vsus, iam dudum inualescens, quanto latius est diffusus; tanto maiorem exposcit in refellendo meliorum Grammaticorum contentionem: si omnino id nobis cordi est, vt nostro studio, quod hac inprimis aetate adeo feruet, Sermonem Patrium integritati suae restituamus. Contuli ad hoc meam et ego operam elucubratione, pro rei grauitate, paulo prolixiore: quam inserui Elaboratiori Grammaticae meae. Pars etymologica auctior est euoluta pronominum nostrorum origine, ac natura, et explicato recto eorum vsu possessiuo. In Syntaxi porro dedita opera longius immoror refellendis huius vsus erroribus. Lectores meos, qui de his vberiora cuperent videre, eo remitto.

§. 178.

Pauca tamen horum vel strictim et hic praelibanda exhibeo. Ad indicandam rerum possessarum relationem ad ipsos possessores, more orientali, et cumprimis Hebraeo, adhibemus et nos ipsa simplicia pronomina personalia; quod vel in hoc opere iam saepe memoro. Haec pronomina, rebus possessis affixa, possessores, in quorum locum substituntur, relatiuorum instar repetunt; hocque ipso cum iis numero certe conueniunt; et per consequens Latine quidem casu genitiuo efferuntur, in quo sunt eorum antece-

dentia, seu ipsi possessores. Vt reliqua praetaream, eam tantum personam elucido, in qua plurimum peccatur. In relatione itaque ad tertias personas, si genuine reddantur singula, orientali hoc more, possessores bis comparent: in nominibus ipsis, quibus indicantur; et in affixis pronominibus, quibus in memoriam reuocantur. Atque haec adeo ratio tam singularis instar cynosurae certissimae habenda est: rectene, an secus, adhaereant rebus possessis affixa pronomina, possessionem indicantia. Possessores singulares relatiuum poscunt vtique singulare, affixum nempe pronomen, *ő*, *vő*, *jő*, vocali rerum possessarum vocalibus accommodata: plurales autem possessores exigunt relatiuum sui aeque numeri, affixum scilicet pronomen, *ők*, *vők*, *jők*, vocali et in his congruenter mutata. Si ista non concordent, certum est vsum affixorum non esse rectum. Sic ista vulgo dicuntur, et scribuntur: *Magyarok királynéja*, vel *Magyaroknak királynéja*; *a' szegények ínsége*, vel *a' szegényeknek ínsége*; pro his Latinis: *Hungarorum regina*; *pauperum aerumna*. Possessores sunt hic *Hungarorum*, et *pauperum*, vtique in plurali. Ii vero per affixa pronomina, possessis rebus adhaerentia, per sua nempe relatiua, quomodo repetuntur? Quid ista sunt genuine, etiam cum affixis suis, reddita: *királyné-ja*, et *inség-e?* Certe *regina-eius*; certe *aerumna-eius*. Ista ergo sic enunciata, *Hungarorum regina-eius*, *pauperum aerumna*.

aerumna-eius, relatiua non habent cum suis antecedentibus concordantia. Habent vero haec, *Hungarorum regina-eorum*, *pauperum aerumna-eorum*; nostro sermone eadem sic emendate efferenda: *Magyaroknak kiralyné-jok*, vel *Magyarok királyné-jok*; *a' ſzegényeknek inség-ök*, vel *a' ſzegények inség-ök*. *Királyné-jok*, regina-eorum; *inség-ök*, aerumna-eorum.

§. 179.

Ab hac intima sermonis patrii lege, reuera orientali, tametsi saepe aberrauerint Scriptores nostri; non tamen poterant non eam saepe etiam audire; vel incuriosis veteri iure suo adclamantem: siquidem illi ipsi erroneis suis constructionibus ad amussim quoque exactas habent passim intersertas. Elegans est locus, vt hunc solum de innumeris proferam, vel apud Telegdium: *Az vton iaroknac io vti tarſoc, à betegeknec oruoſoc, az nyomorultaknac oltalmazoioc, à ſzomoruknac vigaſztaloioc, à tudatlanoknac tanetoioc, az mi edes Ieſuſunc* (Part. II. pag. 50.): Itinerantium bonus comes-eorum, aegrotorum medicus-eorum, adflietorum defensor-eorum, moestorum consolator-eorum, ignorantium doctor-eorum, est dulcis Iesus noster. Intermiscuit talia aberrationibus suis et Pázmánus: *Téged az Apoſtoloknak dicsőſeges karok; Téged a' Prófétáknak dícséretes ſzámok* (In Prec. Libr. pag. 167.): Te gloriosus Apostolorum chorus; Te Prophetarum

laudabilis numerus. *Kar-ok*, chorus-eorum, *szám-ok*, numerus-eorum, in statu affixo, non sunt confundenda cum pluralibus absolutis, *kar-ok*, chori, *szám-ok*, numeri: et leuiculi sunt, mente nimium distracta, vel debili; qui in his, terminatione similibus, differentiam ex sensu capere non norunt. In statu affixo rerum possessarum alius est numerus pluralis, ex lingua Hebraea hoc solum vsu apud nos, et apud Lappones, Fennosque, adhuc superstes, י (*jod*) nempe multitudinis, non *k* litera; quae hoc in statu, vt affixi pronominis pars, possessores tantum indicat plurales; nullo autem modo res possessas. Videamus et hoc in exemplis: militum fatigia, mortalium amaritudines, *a' vitézeknek fáradságaik*, *a' halandóknak keserveik*: possessoribus etiam per affixa repetitis, quae supersunt in *k* litera, eius vocali ex *ök* multitudinis *i* vocali accommodata, et cum ea in vnam coalita: militum fatigia-eorum, mortalium amaritudines-eorum. Et haec, isto quidem loco, sufficere possunt, praesertim iis; qui sapere audent, et, vel lucula accensa, ad vlteriora peruestiganda, sponte sua feruntur.

IOCHTOTNIA.

§. 180.

Cur hoc verbum *ιοchtotnια*, potius *ioktatnia*, quam *iktatnia* legam: exposui rationes meas in explanatione verbi *iorgossun* (§. 122.). *Iktat-*

nia est infinitiuus constructus verbi *iktat*, introducit, deducit, perducit. Et ipsum hoc *iktat* palam est deriuatum esse ab *ik* radice simplicissima, accedente mandatiuorum formatiuo *tet*, eius vocali congruenter mutata: quemadmodum *oktat* ab *ok* radice venit, aeque simplicissima, assumto eodem manditiuorum formatiuo. *Ok*, de quo est adiectiuum *okos*, ratione, intellectu praeditus, radix nobis cum Arabibus communis, quam suo loco euoluo, vt his, ita et nobis, est ratio, mens, intellectus, prudentia. *Oktat* ergo, verbum inde formatum, tanto pronius hanc habet significationem, instituit, instruit, informat, id est, efficit, vt quis ratione, mente, intellectu, prudentia valeat. *Ok alterum*, etsi sono conueniat, diuersum tamen est ortus sui semine primigenio, quod caussam, et occasionem denotat. Prius illud *ok*, vti nomen esse dixi, potuit sic idem et verbum valere, significatione, quam illi Arabes tribuunt, prudens fuit, intellexit, sapuit, sensit. Hoc ipsum me vltro adducit, vt *ik* quoque, semen hodie exoletum, olim putem similiter vtrumque valuisse, et nomen, et verbum; cuiusmodi vocum complura vtique habemus exempla. Ex. gr. *lak* est mansio, habitatio, vt composita vicorum nomina clare docent: *Szép-lak*, *Ujlak*, *Nagylak*, Pulchra mansio, Noua mansio, Magna mansio. Et idem *lak*, assumto *ik* pronomine, ac reliquis passiuae formae affixis personalibus, etiam verbum est: *lak-ik*, *lak-ol*,

lak-om; habitat, habitas, habito. Putatur vulgo idem hoc verbum et ista esse significatione, comessatur, epulatur. Sed loco opportuniore, inter Vocabula Hungarica Hebraicis cognata, et huius aliam ostendo originem; quae in labiis tantum nostris priori similis effecta est; quemadmodum et *ok*, quod paulo ante attigi, ortu suo geminum. Ceterum et *lak* vtrumque eodem modo accipit mandatiuorum formatiuum: *laktat*, facit, iubet quempiam habitare, comessari, epulari. Iam *ik*, pro verbo sumtum, olim verosimillime formam aeque passiuam induerit: *ik-ik*, *ik-ol*, *ik-om;* semet illocat, temet illocas, memet illoco. Si vero et nomen fuit, idem *ik* valuerit loci occupationem, ingressum in possessionem, sui illocationem, sui statutionem. Certe statutio, vox iuridica, Hungarice *iktatás* dicitur, voce ab huius *ik* mandatiuo *iktat* deriuata: actus nempe ille, quo quis, a Rege possessione donatus, per hominem, quem vocant regium; ad eam occupandam solenni forma introducitur. Nomina ipsa et verba esse satis fuit hic ostendere adducto exemplo radicis *lak*: sunt quaedam allata etiam in verbi *tilovt* explanatione (§. 101.). Nomina talia quandoque adiectiua sunt. *Méréfz*, audax, assumto *ik* pronomine, et verbum praestare docet Codex MS. Transl. Bibl. **Senki nem merezic vala ellenec allani** (Esther IX. 2.): Nullus est ausus eis resistere. Terminationis similitudine vltro succurrunt nomina:

halász, piscator; *vadász*, venator; *madarász*, anceps, etc. eadem et verba, eaque actiua, piscatur, venatur, aucupatur, etc.

BENNETUC.

§. 181.

Bennetuc lego *bennetök*: hodie, qui puritatem affectant, *bennetek* dicunt. *Bennetök*, quod hic apocopatum occurrit, et *bennetöket*, vel *benneteket*, quod hodieque vulgo adhibetur, vsu iam antiquissimo inualuit, a remotissima certe huius manuscripti aetate, pro accusatiuo plurali pronominis personae secundae, *titeket*, *tikteket*, vos, eoque magis emphatico, vos ipsos. Quapropter tanto minus addubitandum est, eo nos vti posse; praesertim, si et ortum, naturamque eius, etymologice euolutam dederimus. Sunt in lingua Hebraea quaedam nomina substantiua; quae accommoda significatione sua valorem pronominum accipiunt ad expressionem emphaticam. In his est נֶפֶשׁ (*nephesch*), proprie anima. Hoc nomen, affixo pronomine auctum, נַפְשִׁי (*naphschi*), anima mei, anima mea, est pro emphatico pronomine, *ipse ego*: בְּנַפְשׁוֹ (*benaphschó*), per animam sui, per animam suam, *per se ipsum*: בְּנַפְשָׁהּ (*benaphschâh*) in anima sui, in anima sua, *intra se ipsam*. Eodem est vsu et עֶצֶם (*hgetzem*, *jetzem*, *etzem*) proprie os, ossis; translate substantia, essentia, entitas rei cuius-

que; pronominis autem valore *ipsemet*, quasi *ipseitas.* עַצְמִי (*hgatzmi*), os mei, essentia mei, *ipseitas mei, ipsemet ego:* עַצְמוֹ (*hgatzmó*), os eius, essentia eius, *ipsemet ille:* עַצְמָם (*hgatzmâm*), os eorum, essentia eorum, *ipsimet illi:* בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה (*behgetzem haijom hazze*), in osse, in essentia diei huius, in ipsomet die hoc. Atque ipsum hoc עֶצֶם (*hgetzem*), sono paululum mutato, ע (*ain*) difficili litera gutturali occultata, vel lenius expressa, et ם (*mem*) in fine absorpta, ad Fennos etiam, Lapponesque, propagatum esse ex lingua primigenia, idem omnino vsus ostendit quam clarissime. Nam et his *itza, ijetz, etz, etze, jetze*, est reuera *ipse;* est pronomen omnium trium personarum; recipit pronomina affixa, possessiua, ipsa etiam personalia. A Ganandro, et Fiellströmio, Lapponum Grammaticis, exponuntur horum exempla: *ijetzjam, ijetzjad, ijetzjas; mo etzen, to etzet, so etzes; mon etze, ton etze, son etze;* mei ipsius, tui ipsius, sui ipsius; meus proprius, tuus proprius, illius proprius; ego ipse, tu ipse, ille ipse. Neque sermo noster caret hoc singulari more orientali exprimendi pronomina emphatica. Notissimum est, non tam propria significatione intima, quam vsu quotidiano, valore tantummodo secundario, compositum pronomen, certe emphaticum, omnium trium personarum in vtroque numero: *magam, magad, maga; magunk, magatok, magok:* ipse ego, ipse tu, ipse ille; ipsi

nos, ipsi vos, ipsi illi. In vsu est et alterum, sed defectiuum, *benneteket*, vos ipsos; etiam *bennünköt*, nos ipsos; vel Párizpápaio teste. Quamquam ampla est et Scriptores nominandi copia. Atque vt huius explanationem dare possim clariorem; euoluam prius illius alterius, multo vsitatioris, naturam.

§. 182.

Composita esse haec nostra pronomina emphatica, *mag-am*, *mag-ad*, *mag-a*, *mag-unk*, *mag-atok*, *mag-ok*, nulli quidem dubium esse potest, adhibita resolutione etymologica. Coaluerunt ista affixorum certe pronominum accessione ad *mag;* quod nudum, resectis vtpote affixis, procul dubio nomen esse debet: siquidem affixorum ad id accessio prorsus nominum more facta est. Exemplum esto nomen *agy*, caput, cranium. Hoc affixorum pronominum accessione simillima praebet composita: *agy-am*, *agy-ad*, *agy.a*, *agy-unk*, *agy-atok*, *agy-ok;* cranium-mei, cranium-tui, cranium-eius, cranium nostri, cranium-vestri, cranium-eorum. Si datur proprius valor nominis *mag;* in promtu est et compositorum significatio genuina. *Magános*, et *magánosság*, quae mihi deriuata esse videntur de *maga*, *n* paragogico iam aucto, *magán*, valent solitarium, solitudinem. Sed ipsa etiam composita pronomina hac sunt saepe significatione: *maga vagyon a' ſzobában*, solus est in cubili; *tsak magad járo-*

gatſz 'a' kertbe, tantum solus itas ad hortum. Vltro consequitur ex his et *mag*, radicem simplicem, nominis forma, eadem fere significatione esse, *solitas*, *solitudo*. Sed nescio, quae mihi vltro se det suspicio, in *magam*, ipse ego, solitas mei, solus ego, vti *emphatici pronominis*, sic et *solius* significationem natam esse notionum vicinitate: quod *ipse ego*, hac expressione certe secretus ab aliis, apte dici et *solus ego* vltro intelligar. Altior itaque origo quaerenda est: a qua et *emphatici pronominis*, et vicina *solius* notio, accommoda significatione deducta esse appareat. Reperi apud Hebraeos vocabulum מוֹחַ (*mocha*); Chaldaei et Syri dicunt מוֹחָא (*mocha*), Arabes מֻח (*much*): quod medullam, vitellum, cor, significat. Hoc ipsum, in nostrorum labiis, vti apud Arabes, contractum in monosyllabum, et ח (*chet*) litera densius expressa, fuerit eadem medullae significatione *mog*, et *a* puriore *mag*. Et manuscripti quidem nostri aetate origini huic proprior fuit et ipsa pronunciatio, *muganec*, *u* certe pro *o* sumendo, *mogánek*. Assumserit postea idem *mag* et seminis significationem, qua est hodieque in vsu, sed, mea quidem opinione, translate. Semen enim, vocabulo nobis iterum cum Hebraeis communi, proprie *tsira* esse deberet, ipsum futurae plantae rudimentum, corculum, germen; quod modice exstat ex medulla farinosa, seminis primo nutrimento, posteaquam granum in terram ia-

ctum est, attracto humore sese in liquorem lacteum resoluente. Grani itaque, quod Hungarice *szem* dicimus, pars maior est medulla, vetusto nomine proprio *mag;* pars altera minor quidem, sed potior, huic medullae inclusa, corculum, semen, *tsira.* Proinde *mag*, olim medulla, continens pro contento sumtum, hodie semen est; et *tsira*, ab effectu, germen, surculus. Iam *mag* istud, proprio valore primigenio *medulla*, accommoda est significatione, sic prorsus, vt illa Hebraica, נֶפֶשׁ (*nephesch*), anima, et עֶצֶם (*hgetzem, jetzem, etzem*), os, ossis, ad denotandum more orientali totum hominem, ad indicandam essentiam, seu personam rei cuiusque, ad componendum proinde pronomen emphaticum: *mag-am*, medulla-mei, essentia-mei, persona-mei, ipse ego; *mag-ad*, medulla-tui, essentia-tui, persona-tui, ipse tu; *mag-a*, medulla-eius, essentia-eius, persona-eius, ipse ille; et sic porro cum affixis etiam pluralibus, *mag-unk*, medulla-nostri, ipsi nos; *mag-atok*, medulla-vestri, ipsi vos; *mag-ok*, medulla-eorum, ipsi illi.

§. 182.

Hunc certe voculae *mag* in his compositis valorem, vel huic quam proximum, norunt Hungari antiquiores: quod, ipsis originibus propiores, significationes rerum tenuerint recentes adhuc, et genuinas. Quare et constructionem huius, cum rebus ad eam relatis, ad linguae indo-

lem exegerunt semper; exigitque hodie etiam vel vulgus ipse, antiquitatum conseruator fidelis. Quo tamen ausu Grammatici quidam recentiores temerari volunt sincerum hunc vsum? Sic ista, et alia similia, emendatius dici praecipuunt; iisdem affixis pronominibus, quae voculae *mag* adhaerent, ad res etiam eo relatas exacte adiiciendis: *magam ſzavam, magad ſzavad; magunk ſzavunk, magatok ſzavatok, magok ſzavok.* Latina nempe horum constructio videtur egregios istos linguae arbitros seducere: mei ipsius verbum meum, tui ipsius verbum tuum, nostrum ipsorum verbum nostrum, vestrum ipsorum verbum vestrum, illorum ipsorum verbum suum. Sed, pro linguae nostrae indole, *mag*, licet hoc vsu Latini pronominis *ipse* valorem referat, non tamen nominis naturam exuit, manetque res tertiae adhuc personae, etiam tum, cum est per affixa pronomina ad personas iam certas relata, possessionis modo. *Magam* est quidem vulgo *ipse ego;* proprie tamen, vt iam omnes, qui illi tribui possunt, congeram significatus, est solitas mei, medulla mei, essentia mei, persona mei, ipseitas mei: *én* nempe pronomine personali, quod *ego* est, in affigendo hic in *am* mutato, eoque Latine, ad eius linguae indolem, per genitiuum expresso. Possumus vero eadem Latine et possessiuis pronominibus reddere: solitas mea, medulla mea, essentia mea, persona mea, ipseitas mea. Idem fit et reliquarum personarum af-

fixis. Iam si quid porro referendum est ad hoc *mag*, ad solitatem, ad medullam, ad essentiam, ad personam, ad ipseitatem, cuiuscunque personae affixis auctam, per primam nempe relationem, ad rem tamen ipsam semper adhuc tertiae personae; id certe, quod secunda relatione huc spectat, exprimendum est affixo pronomine tertiae personae, eoque singulari, propter antecedens aeque singulare. Quare *mei ipsius verbum meum*, hac quidem substitutione genuina, sic est reddendum: *solitatis meae, medullae meae verbum eius; solitatis* nempe *verbum, medullae* nempe *verbum*, meae licet possessione, ipso tamen nomine tertiae adhuc personae, *verbum* proinde *eius; solitatis* ergo *meae*, quod repetere non piget, *medullae* ergo *meae verbum eius*. Idem et Hungarice dicetur omnino quam exactissime: *mag-am*, *fza-v-a*. Sic in persona secunda: solitatis tuae, medullae tuae verbum eius; *mag-ad fza-v-a*. Sic prorsus cum pluralibus quoque affixis: solitatis nostrae, medullae nostrae verbum eius, *mag-unk fza-v-a;* solitatis vestrae, medullae vestrae verbum eius, *mag-atok fza-v-a;* solitatis eorum, medullae eorum verbum eius, *mag-ok fza-v-a. Mag* nempe sic est nomen, sic est proinde et tertiae personae, vt *agy*, caput, cranium, quod principio adduxi, vt est denique nomen aliud quodcunque. Iam hoc *agy*, vt omittam alia, pariter affixis possessiuis auctum, obsecro vos, Viros patriae linguae studiosos, sic-

eine exprimitis, accedente noua aliqua relatione: *agyam velöm*, cranii mei cerebrum meum; *agyad velöd*, cranii tui cerebrum tuum; *agyunk velönk*, cranii nostri cerebrum nostrum; *agyatok velötök*, cranii vestri cerebrum vestrum; *agyok velejek*, cranii eorum cerebrum eorum? Ridetis nempe ista; nec vulgus risum tenet. In relatione altera ad rem tertiae personae, eamque singularem, affixum adiungi iubetis tertiae itidem personae, et aeque singulare: *agyam veleje*, cranii mei cerebrum eius; *agyad veleje*, cranii tui cerebrum eius; *agyunk veleje*, cranii nostri cerebrum eius; *agyatok veleje*, cranii vestri cerebrum eius; *agyok veleje*, cranii eorum cerebrum eius. Cur non idem facitis et in *mag* nomine? Si ignoratis hoc nominis esse valore; at vulgus, ad istam vestram construendi rationem, tam insolentem, in risum solutus, vos satis edocet vsu saltem, a maioribus fideliter accepto; licet voculae significatio primigenia, ac propria, et ipsum lateat. Et nos Grammaticos, ad vsum vulgi, cumprimis perpetuum, nullo unquam tempore variatum, decet esse attentiores; decet etymologica euolutione rebus obscuris lucem, quam possumus, affundcre.

§. 184.

Iam puto, his praemissis, faciliorem, et clariorem futuram explanationem defectiui pronominis emphatici, *benneteket*, et *bennünket*. In-

dicaui sparsim vel in hoc Commentario, et nostras postpositiones, fere omnes, reuera nomina esse, accommoda significatione, vsu tantum abiisse in postpositiones. Eadem sunt natura et Hebraicae praepositiones. *Benn* nostrum omnes norunt postpositionem esse, cum significatione *in*, *intus*, *interius*. Apprime hoc conuenit cum Hebraico בֵּין (*bên*) constructo, litera י (*jod*) propter praecedens ¨ (*tzere*) quiescente, sed in Arabico clare expressa בין (*bein*), etiam in Hebraico non constructo בַּיִן (*bain*): quam nostri compensasse videntur geminata *nun* consona sequenti, ipsa nimirum י (*jod*) litera in hanc mutata; atque ista geminandi intensione, ac sono fortiore, praecedentem vocalem ¨ (*tzere*), natura longam, corripuisse. Et mirum est, in *benn* literam *n* geminatam, sono fortiore expressam, sentiri fere ab omnibus, de hac certe origine, quam exposui; et tamen eandem et scriptione sic exprimendam non existimari, lite Grammaticorum satis feruente. Sed ad alia procedendum est. Hoc בֵּין (*bên*), praepositionis valore, et Hebraeis, et Chaldaeis, Syris item, Arabibusque, est *inter*, *intra*, *in*. Idem vero nominis significatione est *medium*, *medietas*. Et nobis idem certe valuerit in primordiis, deinde significatione paululum deflexa, vicina tamen, ex hodierno postpositionis valore vtcunque determinanda, denotauerit *interius*, *intimum*, quod est vtique, in medio, in medietate rei cuius-

piam. Assumsit hoc olim, hodieque assumit, affixa pronomina, postpositionis valore: *bennem*, *benned*, *benne*, *bennünk*, *bennetek*, *bennök*; vulgo in me, in te, in eo, vel in se, in nobis, in vobis, in iis, vel in se; sed quae genuino primigenii nominis valore, vsu in postpositionem accommode abeunte, certe ista reddunt: intimum-mei, intimum-tui, intimum-eius, intimum-nostri, intimum-vestri, intimum-eorum. Accommoda erat praeterea haec eius significatio, secundum morem Hebraicorum, נֶפֶשׁ (*nephesch*), anima, עֶצֶם (*hgetzem*), os, ossis, secundum morem nostri quoque *mag*, medulla, ad vsum etiam pronominis emphatici, in casibus praesertim obliquis, certe pluralibus, quorum supersunt exempla: *bennünket*, intimum-nostri, nos ipsos; *benneteket*, intimum-vestri, vos ipsos; quibus audeo iungere per analogiam et *bennöket*, intimum-eorum, eos ipsos. Fuerint vero ista et in singulari: *bennemet*, intimum-mei, me ipsum; *bennedet*, intimum-tui, te ipsum; *bennét*, intimum-eius, illum ipsum. Puto denique, vti nomen *mag*, sic prorsus et hoc *benn*, isto etiam emphatici pronominis vsu viguisse quam latissime, per omnes casus vtriusque numeri.

§. 185.

Bennem, *benned*, *benne*, *bennünk*, *bennetek*, *bennök*, postpositionis valore, recurrunt apud veteres forma etiam auctiore, *bennettem*, *ben-*

netted, bennette, bennettünk, bennettetek, bennettök. Sic ista habet plus vice simplici cumprimis Komjáthius. *Nem en tyzem immaran azth, hanem az en bennettem lakozo bwn* (F. iij.): Non iam ego operor illud, sed, quod habitat in me, peccatum, sed habitans in me peccatum. *Mynden, valaky byzyk ew bennette (az ilw istenben), meg nem zygyenwltetyk* (G. v.): Omnis, qui credit in illum (in viuentem Deum), non confundetur. *Bennett*, a quo ista descendunt, assumtis affixis pronominibus, pronam videtur habere huius augmenti explicationem: simplici nempe postpositioni *benn* accessisse aduerbium loci *ott*, ibi, cum congrua vocalis mutatione, ad intensionem significationis, cum quadam vi demonstrante: qualem compositionem praebet Latina quoque ipsa haec praepositio *in*, *inibi*, intus ibi; et qualem praeseferunt non paucae postpositiones nostrae, cumprimis ad interrogationem *vbi: alatt*, infra; *felett*, supra; *megett*, pone; *mellett*, penes, etc. Cum tamen in quibusdam non isto valore videatur esse hoc augmentum; eius accessionem, in hac certe postpositione nostra *benn*, puto altius esse repetendam. Hebraei, Chaldaei, et Syri, quaedam nomina, accommoda ad vsum praepositionum, adhibent hoc valore etiam in plurali. Atque in his est omnino et ipsum hoc בֵּין (*bên*). Huius numerus pluralis foemininus Hebraeis est בֵּינוֹת (*bênoth*) Chaldaeis בֵּינָת (*bênâth*, Syris ܒܝܢܬ (*bainêth*). Adhaeserit ergo

idem vocabulum ex vsu olim communi et nostris originibus, solo postpositionis valore, neglecta pluralitatis notione, et nostrorum labiis accommodatum, *bennett.* Commode vero id acciderit etiam propterea: vt illa altera simplicioris compositio magis differret vsu pronominis emphatici, *bennünket*, *benneteket*, *bennöket*, etc. Atque his reor me satis superque euoluisse, et explanasse, oblatum in nostro manuscripto vocem *bennetuc. És ti bennetöket*, et intimum-vestri, et vos ipsos. Cum voto concludit Allocutiunculam Sacerdos sepeliens: vt Dominus eós etiam, quos funeri adstantes ad preces pro defuncti anima fundendas exhortatus est, pariter cum illo, olim in iudicio extremo, inter electos suos, ad partem dexteram collocandos, a mortuis resuscitet. Quibus dictis, demum ministros monet, sed hic Latine, quod in priore Allocutione eum Hungarice fecisse vidimus, gnaros vtique iam illa etiam aetate sermonis Latini: vt Precationum Funebrium, quae tunc in more fuerant, initium facerent, inclamata ter Dei misericordia, formula illa, ex Graeca Ecclesia, vt iam supra dixi, etiam ad Latinam translata, *Kyrie eleison!* Domine miserere!

SVPPLE-

SVPPLEMENTVM.

Literae celeberrimorum aeuo nostro Virorum, Iosephi Koller, et Georgii Pray, datae ad Danielem Cornides, in vnum iustae molis librum complicatae, conseruantur Pestini in Bibliotheca Illustrissimi Comitis Ladislai Teleki. Inter Prayanas reperi tres: quae, praeter alia, de hoc etiam monumento vetustissimo praeclare disserunt. Tanti arbitri auctoritate, qua mihi parte opitulatur, cum loco suo in Praefatione vti non potuerim, quia industriam meam antea effugit: nunc eam, mihi serius oblatam, saltem instar supplementi adnecto.

In Epistola, die 18 Februarii, anno 1773, Posonii data, communicat Prayus cum Cornidesio vtramque Allocutionem Funebrem.

Sermo super sepulcro.

Latiatuc feleym, etc. Cui continenter iungit et alterum breuiorem: *Sceretmes bratym*, etc. Fecerit hoc ille spatium lucrandi studio. Nam posterior iste sermo in ipso quidem codice est reuera separatus a priore.

In hoc Prayanae manus exemplari sunt quaedam minutae aberrationes. De his memoro praecipue: puncta, quae in autographo desunt in *i* litera, Prayium nostra scribendi consuetudine addidisse; et accentus, vbi adsunt, minus diligenter notasse. Haec illi, vt puto, leuiora videbantur. Legi et aliud exemplar, in Cornidesii Aduersaria relatum: quod Prayano magis deflectit ab originali, descriptum manu aliena, non satis fideli; etsi diligentiam praeseferat notabilem, literis maiusculis rubro adeo colore distinctis. Sed cum exemplari, quod Cl. Professor Michael Trenka, his multo accuratius, omnino religiose desumsit, meum comperi exacte congruere, exceptis pauculis accentibus: quos tamen, a me neglectos, in collatione huius fide restitui. Eundem, et Prayum secutus, clarius vidi in abbreuiatione *kırl* literam *l* transfixam; pro qua nonnulli *t* literam erronee ponunt. Hoc enim, quod abbreuiatur, *l* habet, non *t*, *kyrie eleison;* id ergo, ceteris eminentius, solum retentum, in abbreuiatione signatum est. Sed iam Prayum audiamus, quae porro subiungat.

Missale, ex quo locum exscripsi, sine dubio exeuntis seculi XII. est, in quod omnia criteria congruunt. Quotus quisque haec primo obtutu intelligat, praesertim si rubrica absit, quomodo optimos Hungaros periclitatus sum, quorum nemo integram sententiam elicuit; postea autem, quam

aperuissem, esse sermonem super sepulcro, qui die anniuersaria dictus fuerit, omnia prona erant. Quanta etiam seculo XV. nostrae linguae ruditas! Lege, quae ex originali anni 1493. *habeo.*

Hanc propioris aeui particulam, vt est a Prayo descripta, contraho in columnam priorem literis cursiuis, et lectionem illi meam adiungo planam literis antiquis, reductam ad nostram scribendi rationem: vt sic pateat, scriptionis, non linguae nostrae tanta ruditas, quantam Prayus notat. Satis ostendi, restituta scribendi ratione, ne ipsas quidem Funebres Allocutiones nostras, licet tam remotas a nostro aeuo, adeo esse a nostro sermone abludentes, et fere alienas, vt vulgo putantur. Eo minus deflectet propior ista particula.

Ein Sipos Petor Dobo Ferenz uram o Nagſaga jobagia. Adom tuttara az kiknok illik mindeneknek. Mivoil hoig az Uriſton vili Peterth maradek nekoil az vilaigboil ki voitthojo sei fia sei leania nom maradott. annakokaert Zelemery Mikloisne Aſzoniom eis Zelemery Miklois Urom mindon mairhait eil ueuen tuloio az feleſegetol hotha uttain ur zamara foiglailvan, mint magvajakatnak zoleit. Az verois harais-

Én Sípos Pétör, Dobó Ferentz Uram ő Nagysága jobágya, adom tudtára, az kiknök illik, mindeneknek. Mivel hogy az Úr Isten Vili Pétert maradék nékől az világból ki vötteje; se fia, se leánya nem maradott: annakokáért Zeleméri Miklósné Aſzſzonyom, és Zeleméri Miklós Uram, mindőn marhát el vévén tőleje az feleségétől, holta után Úr ſzámára foglalván: mint magva ſzakadtnak ſzőlejét az vörös haraſz-

ton eil uiuen masik zoleit eil uiuen. Az Bunai hegien Czonia Janois moillott 4 *okreit*, 4 *feioir teheneit, eig eket*, 7 *kadait*, 11 *hoirdot*, 1 *vasait*, 5 *zekeroit*. &cc. *Eis Kefefery alaith vifa sseroisnojoni es mairhait, mivoil hoig o orokois jobagia a Lojnno hoiltig Zelemery Miloifne afzonio, eis maradik nalam soim zoikvoi, sojom niluuan eil nomoynna allolok*, &cc.	ton el vévén; másik fzölejét el vévén az Banai hegyen Tsónya János mellött: 4 ökrét, 4 fejér tehenét, egy ekét, 7 kádat, 11 hordót, 1 vasat, 5 fzekeret, *etc.* És Keseséri alatt vifzfza fzeröznéjené ez marhát, mivel hogy ö örökös jobágya, a' lenne holtig Zeleméri Miklósné afzfzonya, ez maradék nálam, sem fzökve, sem nyilván el nyomúlna alólok, *etc.*

Ex his tute iudicium constitues: ego ad priora redeo.

Notabilem differentiam vsus antiqui ab hodierno praebet in hoc monumento sola geminatio affixi pronominis in verbo *vötte-je*, accepit; et in postpositione *tőle-je*, ab eo; pro *vötte*, *tőle:* deinde optatiui modi formatiuum aeque geminatum in verbo *vifzfza fzeröznéje-né*, recuperaret, pro *vifzfza fzeröznéje*, hodierna contractione *vifzfza fzerözné*.

Notandum praeterea, hunc sermonem *in ipsa Missarum serie ad diem anniuersarium defunctorum locatum*, quae Prayi verba mox legemus, stare hoc loco congruenter titulo defunctorum: qui tamen non die anniuersaria dictus sit, sed in ipsa sepultura, quoties occasio tulit, et super vno tantum defuncto, quod contextus ipse quam clarissime indicat.

Has obseruationes adiiciendas putaui, vt sententiam docerem meliorem. Prayi nihilominus auctoritas valet ad firmandam monumenti antiquitatem: quam pergit porro acrius tueri contra Cornidesium ad alia inclinantem. Negat etiam Slauum sermonis auctorem. Pandit praeterea, vnde hoc Missale, et qua ratione, venerit ad Capitulum Posoniense. Quae huc faciunt, sunt ex Epistola die 5 Martii, anno 1773, itidem Posonii data.

Frustra es, si, quod primo loco posui, Specimen Linguae Hungaricae nec seculum XV. superare, et a Monacho praeterea Slauici generis compositum putes. Criteria Missalis pro seculi XII. initio tam sunt perspicua, vt certissima nota temporis ex Dominica Paschatis sumta bene magno tempore seculi XI. id iam in vsu fuerit. Monachum vero Slauum fuisse sermonis auctorem, nescio, cur existimes. Mihi certum est, Missale ad Capitulum Veteris Budae pertinuisse. Hanc notitiam Schedis Pazmani, qui id Capitulo Posoniensi donum dedit, in acceptis refero. Non rite, vt ego puto, a nostri temporis linguae vsu ad vetusta tempora iudicium constituitur. Quam abhorrentia a nostris Hungarica nomina in vetustis regum literis occurrunt. Idem aliarum etiam, si vis, fatum, aut fortuna fuit. En Tibi Germanismum seculi XIII. initiantis. Warumbe chrisgramment die diet und di liuthe gedahten upechliche zu ſtunden chunege der eurde und furſten,

etc. got beskrennet ſi den ſprichet er zu in inzorn ſin und in heizmute ſin, *etc. Lege paulo vetustius:* Heil vuiſthu gebono follu truchtin mit thir. Gisegonot ſit thu in vuibon — — Inti giſegonot ſi thic vuahſmo thinere vuambe, *etc. Quod hinc vtrinque discrimen apud Germanos video; idem in nostra, ac maiorum lingua, itidem videre mihi videor.*

In Epistola, die 24 Martii, anno 1773, iterum Posonii data, postrema, et firmissima adfert argumenta.

Non Missale tantum, sed et Sermonem Funebrem, seculi XIII. esse, vt Tibi persuadeas, velim. Eadem vbique manus, iidem characterum ductus, membrana, scribendi ratio seculo XII. propria, rudissimae ante Canonem picturae, nisi informes potius lineas malis, et in ipsa Missarum serie ad diem anniuersarium defunctorum locatus sermo, scriptura reliquis omnibus ita simili, vt ouum ouo. Aliena manus ex ductu, et colore, facile observatur. Hoc mihi abs Te peto tribui, vt non prorsus omnia in hoc genere a me ignorari putes. Vel inspecto Codice vetustiorem faceres. Rhenanum nihil moror. Quid homo exterus nobis de rebus nostris sincerum narret; qui in Germanico quoque haud raro errat? Idem de Galeoto Italo puta: et videtur is non obscure indicare, literas solum Latinas, dum res Hungaricae scriberentur, adhibitas esse. Quas Tibi Causidicus Lazar Hungaricas literas promisit; facile mihi

persuadeo Mariae I. fuisse. Exstat in Corpore Iuris nostri Formula Hungarica Sacramenti sub Ludouico I. vsurpata; etsi hanc putem ad nostram scribendi normam ab Mosotzio, qui primus, vt reor, Corpus Iuris vulgauit, adductam esse; nam suppositam dicere mihi religio est. Opinor hanc ab Ludouici aeuo ad posteriorem aetatem venisse. Memoria? durum est. Scripto? igitur ante Coruini aetatem Hungari res Hungaricas, sed Latinis literis, scripsere. Quae enim de Scythicis dicuntur, fere explodo. Si autem sub Ludouico fuere homines, qui Hungarico-Latine norant scribere; quid vetat, vt idem facere non potuerint Mariae temporibus.

Ad §. 97. pertinet notula sequens aeque a Prayo suppeditata, ex alio tamen opere.

Fuit vocis *ördöng* vsus, hac omnino forma, aeuo etiam posteriore: quod aperte probat Diploma Sigismundi Regis, datum anno 1398. Est hic nomen istud pro cognomine, vti hodieque sumitur, et mali genii significationem illi attributam indicat Regis allusio, dolore expressa: *Idem Stephanus, dictus Urdungh, Nos — ad instar subdoli serpentis, de dictis Regnis nostris eliminare, excludere, et exterminare moliebatur.* Vide Prayi Specimen Hierarchiae Hungaricae, Tom. I. pag. 93.

INDEX

RERVM, ET VOCVM SINGVLARIVM,

IN MANVSCRIPTO,

ET CVMPRIMIS IN COMMENTARIO,

OCCVRRENTIVM.

L,



